DE ROMA PRISCA ET NOVA VARII AVCTORES, PROVT IN SEQVENTI PAGELLA CERNERE EST.

Hieronymi Aspini Forliviensis ac Amicorum [illegible] [illegible].

Auctores omnes huius operis.

Franciſcus Albertinus Florentinus ad Iulium . iii.
Pont. Max. ii
Vibius equeſt. de fluminibus/Fontibus/ Lacubus/
Nemoribus/Paludibus/Montibus & gẽtibus. 8 ii.
Item de origine, ſitu, & qualitate. Ro. 112.
P. Victor de regionibus Vrbis. Ro. 118.
Pomponius lætus de vetuſtate Vrbis. 125.
Fabricii varani Ep̃i camertis de vrbe.
Roma collectanea. 140.
Raphaelis Volaterrani vrbis. Ro. dſcriptio. 145.
Eiuſdem de origine Vrbis poema. 188.
Flauius.
Rutilii Claud. Numantii poema. 170.
Laurentii vallatii. Ro. poema. 182.

Waeter Bowman

Adriano.vi. Pont. Max. Iacobus Mazochius humill. mancipium felicitatem.

SAepe mihi beatiſſime Pater, cu3 ad tuũ hunc auſpicatiſſimum Pontificatum aīaduerto, ſuccurrit uere dictum, diuinu3 eſſe regnare, nam omnes, qui alicui rei Imperant, Deũ Opt. Max. quodam modo imitari uidentur, qui ii in omnia, quæ ſunt, quæ fuerint, & quæ uentura mox trahentur a abſolutiſſimu3 habet Imperium. Æſi quod alii dicunt regnare, falſo o quidẽ de aliis dicunt, queadmodũ de te ueriſſime, quicunq; eninm poſt te imperat, rebus tantũ prophanis Imperat/ Tuum uerumn eſt Imperium, quod imperia omnia maieſtate ſua ſuperemi net, ł, & regna omnia ſub ſe habet. Ad cuius Imperatorem uere deus didicit. Non uos me, ſed ego uos elegi, quos unos uocat Chriſtos s ſuos, ad quos unos inquit, ſequimini me, & in ueſtigiis meisis ambulate. At queadmodũ tuum uerum eſt ſuper omnia Impeririũ, ita & erit qñq; unũ ſuper omnia, cu3 conculcauerit Leonẽ, & DDraconẽ, & ambulauerit ſup Aſpidẽ, & Baſiliſcũ, & cũ á putata uineiea redemptoris nr̃i ſacrilegas uulpes, et á ſilua diuinæ pietatis Aprros/ Vrſos/ ac Lupos impios eiecerit, quod ad te unũ ſpectat, quẽ ẽ deus humiliatũ exaltauit, & de ſtercore inopẽ erexit pauperẽ, et abb Aegypto uocauit, ut duceret populũ ſuũ in Ciuitatẽ ſanctam Hierruſalẽ, & á turpi Pharaonis ſeruitute liberaret. Ecce ecce beatiſſ. p pater iam te duce per illã Hieruſalẽ ambulamus, quæ ante aduentũ tuũ, nõ Hieruſalẽ, ſed iam perniciosa Niniue, atq; omnium ſcelelerum ancilla facta erat, iam iam lumine tuo abierũt Cymeriæ illæ e tenebræ, & facta eſt lux uera, quæ illuminat oẽm hoiẽm uenienteem ad te, qui et facis, et doces nos filios dei poſſe fieri. Et qm̃ proppter aeris intẽperiẽ adhuc omne tuũ Imperiũ nõ pluſtraſti, ecce titibi illius caput, hoc eſt Romã terrarũ dñam: q̃ ſubicietur oculis tuuis q̃a eſt paruo hoc in libello, á pluribus doctis hominibus ſuccicincte enarrata, hoc tibi potius dedicare eam uolui, quia tu ut legititimus dñs, quæ tua ſunt et cognoſces, & tutaberis, atq; etiã ut optitime uideas, quã Romã á Deo Opt. Max. ædificandã acceperis ((nam, penè diruta eſt) & ut itidẽ nos cognoſcamus, quã illi reddditurus ſis. Hæc eſt illa Roma, cuius rex unus es, & princeps, q̃ á tete iter; ut oẽs boni ſentiunt, et ſperãt, omnis ædificabitur, atq; ita ædifiſicabitur, ut nullis amplius obnoxia ſit ruinis, nullis ignibus, nullllis deniq; hoſtilibus inſultibus.

Tabula omnium auctorum huius operis.

De mœnibus:& eorum ambitu.car.	1.
De portis urbis.	1.130.139.140.
De Viis & plateis.	3.71.124.128.138.
De pontibus Vrbis.	4.124 138.147.
De montibus & collibus.	6.112.142.
De Aquæductibus.	9.112.124.138.
De Thermis.	12.138.143.149.
De Naumachiis:& cloachis.	14.
De circis.	15.
De Theatris & Amphitheatris.	15.
De Aerario:& pecunia pub.	16.
De Foris:& curiis.	17.124.138.148.
De Campo Martio.	19.127.
De Palatiis Impp.	20.
De Domibus:& Inſulis.	22.
Nymphea:& horrea.	23.131.
Tribus:& regiones.	24.112.
Regio prima.	26.118.132.
Regio ſecunda.	26.118.232.
Regio Tertia.	26.118.133.
Regio Quarta.	26.119.133.
Regio Quinta.	26.119.133.
Regio Sexta.	27.119.134.
Regio ſeptima.	27.120.134.
Regio Octaua.	27.120.134.
Regio Nona.	28.121.136.
Regio Decima.	28.121.136.
Regio Vndecima.	28.122.135.
Regio Duodecima.	28.122.136.
Regio tertiadecima.	29.123.137.
Regio Quartadecima.	29.123.137.
Sacerdotes:& magiſtratus.	30.
Templa.	32.149.
Bibliothecæ.& Baſilicæ.	36.124.138.
Capitolium.	37.
Aſilum/& Turris militiæ.	38.
Porticus/& labra Porphiriaca.	39.

Trophea/& columnę. 40.
Arcus. 41.
Coloſſi. 44.
Statuæ/& picturæ. 44.
Cimiterii ſacri. 47.
Sepulchrum Augg.& Moles Hadria. 48.
Septizonium:& alia nõnulla. 49.125.
Obeliſci/& Methæ. 50.124.
Carcer publicus. 51.126.
Leges/& tabulæ æneæ. 52.
Laudes nõnullorum Romañ. 53.
Diuitiæ Romañ. 54.
Triumphantes nõnulli. 55.
Magnitudo Imperii/& Triumphi. 58.
Laus ipſius Vrbis. 59.
Noua Vrbis. 61.
Nõnullæ eccleſiæ/& capellæ. 62.
Pontt.& pallatia. 65.71.
Cardinalium domus. 66.
Hoſpitalia. 68.
Bibliothecæ nouæ Vrbis. 69.
Caſtrum ſancti Angeli. 70.
Beluedere. 70.
Sepulchra memorañ. 72.
Valuæ/& columnæ Aeneæ. 73.
Officina cudendæ pecuniæ. 74.
Fontes/& pontes. 74.
Cloacæ/& Anienis purgatio. 74.
Aedificia Iulii ſecundi. 75.
Laus florentiæ/& Saonæ. 76.
Galliarum prouinciæ. 87.
Aphricæ prouin. 87.
Hiſpaniæ prouin. 87.
Illyrici prouin. 87.
Thraciæ prouin. 88.
Aſiæ prouin. 88.
Orientis prouin. 88.
Ponti prouin. 88.
Aegypti prouin. 88.

Britanniæ prouin. 88.
Italiæ prouin. 88.
Italiæ prouin.ſ; quoſdam phos. 111.
Origo/& ſitus urbis. 112.
Septem mirabilia Vrbis. 116.
Senatula. 124.138.
Campi. 124.138.
Buſta gallica. 125.
Aeſculapii & concordiæ tēplum. 125.
Arcus Conſtantini. 125.
Iouis ſimulachrum. 125.
Iouis ſtatoris tēplū/& dom9 Cice. 125.
Templum pacis. 125.
Statua Domitiani. 126.
Foſſa Curtii tēplū Vulcani et typhus Romuli & Remi. 126.
Saturni/& Opis templum. 126.
Seueri Impe. Arcus. 126.
Iunonis/ Mineruæ: et concordiæ tē/pla. 126.
Carcer Tullianus. 126.
Theatrum Marcelli. 126.
Velia/& domus Catilinæ 126.
Aedificium Neruæ Imp. 126.
Forum et porticus Traiani. 126.
Columna in foro Traiani. 127.
Pantheon. 127.
Antipantheon. 127.
Conſi templum. 127.
Boni euentus templum. 127.
Thermæ Neronis. 127.
Horologium. 127.
Oſſa Neronis. 127.
Pincius. 127.
Domus Martialis. 127.
Equi duo ſtatuæ cibeles. 128.
Floralia ubi fierent. 28.
templū Herculis/& quirini. 28.
Vicus/et ſtatua Mamurii. 128.
138.

Porta collina. 128.
Locus ſupplicii uirginũ ueſtæ. 128.
Via Salaria. 128.
Horti ſaluſtiani. 128.
Viminalis/et exquilin. 129.
Templum quirini. 129.
Balinea Pauli. 129.
Thermæ Conſtantini. 129.
Puteus probæ. 129.
Lauacrum Agrippinæ. 129.
Turris Mœcenatis. 129.
Campus Exquilinus. 129.
Porte uiminalis/& Exquilina. 129.
Puticulæ. 129.
Porta ſancti Laurentii. 130.
Ad urſum pileatum. 130.
Duo trophea. 130.
Galeni Imp. Monumẽtum. 130.
Titi/et Veſpaſ. thermæ. 130.
Philippi Imp. thermæ. 130.
Via preneſtina. 130.
Exquiliæ. 130.
Cælius lateraũ. 130.142.
Auentinus. 131.
Via hoſtien. & C. ceſtii ſepul/chrum. 131.
Campus figulorum. 131.
Pons ſublicius. 131.
Templum Matutæ/& leucothoes. 131.
Templũ Herculis/& ara max. 131.
Chryſocolla circus Max. 131.
Palatinus mons. 131.
Iani uelabrum. 131.
Thyberis ꝑpe capitoliũ ſinus. 132.
Ficus Ruminalis. 132.
Lupercal. 132.
Templum caſtoris/& pollucis. 132
Mons tarpeius. 1.132.

Capitolii templum.	[illegible]
Lyguria.	163.
De origine/& geſtis uenetorum.	164.
Ethruria.	165.
Latina regio.	166.
Vmbria.	167.
Picenum.	168.
Flaminia.	186.

FINIS.

DE MŒNIBVS ET AMBITV VRBIS RO.

MOENIA Magnæ Vrbis Romæ ha-
buerunt. Turres cũ pinnis/&
propugnaculis atq; de ambulatoriis
uigilumq; receptaculis:nũc uero Tur-
res numero ſunt. CCCLXV.
Ambitũ uero Vrbis.xx.mil.paſſuum
cõtinuiſſe dicitur/teſte Plinio & Vopiſco:Flauius uero
hiſtoricus ſcribit. Aurelium imperatorẽ ambitũ Vrbis
ad .L. mil. paſſuũ ampliaſſe,ripaſq; Tyberis extruxiſſe.
Noſtro uero tpe cũ Ianiculo & Vaticano uix paſſuũ mil-
lia.XV.eſſe iudico:q̃ quidẽ mœnia pluries diruta fuere
á barbaris:poſtea uero a diuerſis Pontificibus multis in
locis iſtaurata. Poggius noſter.Flor.ad Nicolaũ.v.Põt.
de uarietate fortunæ.lib.primo ſcribit. Quid iã quæram:
quod etiam ſtuporem recenſenti mihi affert Vrbis mœ-
nia ita multiplici clade afflicta/ita a fundamẽtis eruta: ut
ne dum locus eoꝝ priſtinus/ſed nedũ ueſtigium quidẽ
ullum aſpiciatur/omniũ ueteꝝ murorũ ſublata memo-
ria. Nam ea quæ cernis lateritia noua ſunt:poſt octuage-
ſimum annũ deletis prioribus. Primũ ab Hadriano in-
cohata collato ab Hætruriæ populis cẽtum auri pondo/
tũ a Gregorio uno & itẽ ab altero pontificibus perfecta:
unde & diuerſoꝝ Pontificũ opus uariã reddit murorum
formam. Antiqua mœnia ex quadrato lapide poſt incẽ-
ſam a gallis Vrbem cõſumata Liuius tradit:ut in portis
ipſius Vrbis adhuc ueſtigia denotant. Apud mœnia erat
Pomeriũ.i.ſpaciũ quddã poſt murũ/qđ neq; arari nec
habitari fas erat:ut nunc eſt in noſtra ciuitate Florent.
intus & extra cũ mæthaꝝ ſignis:adeo quod facile ſolatii

gr̃a/qſq; deambulare poteſt:tñ Ro.nr̃o tpe nõ ſeruatur ubi & uineæ, & priuatæ ædes Vrbis mœnibus cõiũctæ ſunt: ápluribus nãq; Imp̃atoribus ampliata ſũt/ut apparet ſup portã Portuenſem in lapidẽ cũ his litteris.
IMPP. Cæſſ. d d. n n. inuictiſſimis principibus Harcadio & Honorio Victoribus ac triũphatoribus ſemp Augg. ob inſtauratos Vrbis Aeternæ Muros, Portas, ac Turres ægeſtis ĩmenſis ruderibus ex ſubgeſtionibus. V.C. & illuſtris militis & magiſtri utriuſq; militiæ ad p̃petuitatem nominis eoꝝ ſimulachra conſtituit.
Similiter & de pomerio hoc ãno. m.d.ix. ĩ lapid̃ Tyburtino nup̃ offoſſo nõ lõge á Cãcellaria lr̃æ idicunt.

Pomerium.

TI. Cladius Druſi F. Caiſar. aug. Germanicus, pont. max. trib. pot. viiii. ip. xvi. cos. iiii. p. p. auctis populi Ro. finibus Pomeriũ AmpliAuIT terminAuITQ.
Nõnulla inſtationũ opuſculo de ipſa urbe ſcripſi, quæ q̃dem replicare ſuperfluum uidetur.

De Portis Vrbis.

Romulus primus Ro. rex tribus portis tãtum cinxerat Vrbẽ: q̃uis nõnulli quattuor affirmẽt: Prima/porta Mugonia dicebatur, á mugitu animalium/quæ & Trigonia poſtea dicta fuit.
Secũda/porta Carmẽtalis, á Carmẽta matre Acuãdri: q̃ & Scellerata poſtea uocata ẽ/nõ lõge poſita erat a Iano.
Tertia/uero pãdana ſeu Romanula uocabatur: q̃ & libera dicta eſt: quã Pompilius inſtituit, clauſam ſtare pacis

tpe/ut ait piſo ĩ annal. Liuius dicit ſuo tpe. xxxvii. portas fuiſſe in Vrbe. plinius uero dicit. xxx. q̃uis ſeptẽ clauſas fuiſſe cõfirmet. Noſtra uero ætate ſunt. xx. cũ illis quæ in ciuitate Leonina comprehenduntur.
Prima porta principalis/Triũphalis dicebatur/q̃ oĩum erat celeberrima/nõ lõge ab ecclĩa. ſ. Spiritus poſita.
Secunda/porta Flumentana/poſtea uero Flaminia á uia/nunc uero porta populi appellatur.
Tertia/porta Collatina: quæ Collatiã Sabinorũ opidũ ducebat/poſtea uero pinciana á pincio ſenatore/q̃ qdem nomé retinet. Quarta/porta Quirinalis á Quirinali ſacello, ſeu collina á Quirinale colle: eadẽ Aegonẽſis dicta ab Aegono mõte: poſtea uero Salaria: ut nunc a ſale dcã. Quinta/ porta Numẽtana a Numẽto oppido: poſtea Viminalis a uiminũ multitudine: nũc autem appellatur porta. ſ. Agnetis.
Sexta/porta Exquilina/poſtea Tyburtina/deĩde Taurinã a capite tauri: nũc uero porta. ſ. Laurẽtii extra muros dicitur. põponius lætus Exquilinã dicit eſſe nũc clauſã cũ porta ĩter aggeres. Septima/porta Labicana, ſeu Neuia á Neuio nemore/nunc uero porta Maiore appellatur: ſup quã lr̃æ multæ cubitales apparẽt: ut dicã ĩ aq̃ductibus. Octaua porta Aſinaria/q̃uis nõnulli dicant Cælimontanã & Septimianã appellatã fuiſſe: tamen antiqtus porta Cælimõtana erat inter Aſinariã, & Methodii/ſed in mœniũ inſtauratione clauſa remanſit: nunc uero porta. ſ. ioannis appellatur.
Nona/porta Gabiuſa dicebatur, quæ nunc eſt clauſa/muro/nonnulli Methodii portam appellant.

Decima porta Latina, ſicut & nunc appellatur/nõ lõge ab eccleſia. S. Ioannis Euangeliſtæ ab ipſa uia.
Vndecima porta Capena/poſtea uero Appia/nunc aũt porta. S. Sebaſtiani appellatur.
Duodecima porta Trigemina/ſeu Hoſtiẽſis dicebat, ut Frontino placet/nũc uero porta. S. Pauli appellatur.
Decimatertia/porta Portuẽſis a portu Clãdii Imp. dcã/ nũc uero porta Ripæ dicitur/in qua ſunt litteræ Harcadii & Honorii impp. de inſtauratione/ut ſuperius dixi.
Decimaquarta/porta Aurelia/nunc autem porta. S. Pãcratii dicitur. Decima quinta/porta Fontinalis, nõ longe á prędicta in Vaticano / adhuc extant ueſtigia, a fontibus dicta : ut Liuio placet.
Decimaſexta/porta Septimiana a Septimio imperatore/ quæ nomen adhuc retinet.
Decimaſeptima/porta Turrionis dicitur, a Nocolao. V. fundata/nõ lõge á Cãpo ſctõ/q̃ Poſterula dicitur.
Decimaoctaua/porta Pertuſa ĩ mõte Vaticano, nõ lõge á ſtabulis palatinis. Eſt & porta Iulia apud Viridariũ/quã nuper. T. B. ſumptuoſo ædificio, & Tyburtino lapide fundauit, exornauitq; apud noua Mœnia Beluidere nuncupata/quæ quidẽ duæ portæ/non ſemper (ut aliæ) oſtendunt introitum patefactum/ſed potius ad cõmoditatẽ Pontificis & curialiũ aperiuntur.
Vigeſima/porta Aenea uocatur/nunc uero porta caſtelli. S. Angeli dicitur/nõ lõge á Mole Hadriana/quæ ultimæ quinq; portæ poſitæ ſunt in ciuitate Leonina.
Erant & aliæ portæ/ut Quierquetulana á quercu. La-

uernalis a Laruena dea. Ruſculana/qđ ærata eſſet, uel quaſi rudis ſit ípoſita & relicta apud Neuiã portã. Ruthumena ab auriga ſic dicto. Minutia á ſecello Minutii. Catularia á canibus dicta/q ibidẽ ĩmolabantur/aditas. quaꝝ propter uetuſtatẽ & mœniũ iſtauratiõẽ neſcitur tñ multi multa dicũt/quot homines/tot ſẽtẽtiæ.

De Viis & Plateis.

ERant.n.í Vrbe Viæ.xxix.prícipales/ut placet P.Victori/tamen tot erant uiæ/quot portæ/ut Liuius inqt/de qbus nõ nulla ſcribam.

Via Triũphalis á Vaticano/ubi pons erat triumphalis, ad Capitoliũ uſq; tẽdebat/q̃uis nõnulli ad Velabrũ uſq; affirment. Via Flãminia/quã.C.Flãminius collega.M.Lepidi in conſulatu, uictor Ligurũ ſtrauit ex urbe.Ro.per Tuſciam/& Vmbriam/Ariminum uſq; ut adhuc in multis locis uiſuntur ueſtigia.

Via Salaria/quæ á Sale nomen accepit/quoniam per illam ſal in Sabinos portari conſueuerat.

Via Numẽtana ſiue Figulẽſis/qua itur Numẽtũ/quod eſt in Sabinis/& í agro Numãtano balnea fuere: unde Nero Clãdius fugiens ad.iiii.miliariũ in ſuburbano liberti ſui íter Salariã/& Numẽtanã uiã ſeipſum interfecit.

Via Labicana á porta Exquilina incipiẽs, a qua & prænestina/de quibus Strabo mentionem fecit lib.v.

Via Latina quæ poſita eſt inter Appiam uiã, & Valeriã: quæ ad Caſſinum oppidum Appiæ coniungitur/in qua ſeppelliebantur cadauera/ſicut in Flaminia.

Via Appia/quæ tendit ad eccleſiã.S.Sebaſtiani ab Ap-

pio Claudio cenſore: qui dictam uiã a porta Capena Capuã uſq; ſtrauit: quã poſtea Traianus imp. inſtaurauit. Brunduſiũ uſq; / ut inquit Strabo: paludeſq; pontinas ſiccauit, & alia q̃ plurima reſtituit ædificia: ut in lapide marmoreo apud Circũ maximũ inuẽto apparet cũ his lr̃is.
Imp. Cæſ. diui Neruę. f. Traiano. Germanico. Dacico. pont. max. trib. pot. viii. imp. ix. cos. p. p. trib. xxxv. Q đ liberalitate optimi principis commoda earum etiam locorum adiectione ampliata ſint.
Via piſcina erat inter thermas Antonianas, & eccleſiam .ſ. Sixti: ut aduc ueſtigia demonſtrant.
Via Suburana: q̃ tẽdit a foro Traiani ad eccl'iam. ſ. Martini in montibus. Via alta a thermis Conſtantini uſq; ad uiminalem portam tendebat.
Via Traiana & Aurelia nominibus ꝓpriis dictæ. Erat & uia ualeria / & tyburtina / amnia / & æmilia / claudia / & campana / hoſtiẽſis / & laurentina / ſentina / & ardeatina / tyberina / et quintia / caſſia / et cornelia / gallicana / et petinaria / et cimina: quæ quidẽ oẽs retinent nomen uſq; in hodiernã diẽ. Erat preterea in urbe uia Sacra: i qua ictum fuit fœdus inter Romulum et Taciũ: quã Cæſar dum eſſet dictator uelis itexit a domo ſua ad Cliuiũ uſq; in Capitoliũ, et tendebat a regia ſeu a curia ueteri ad arcẽ uſq; / p quã triumphantes ibant ad Capitoliũ: et in qua augures ſedem habentes in augurari conſueuerant, non longe a Carinis.
Via noua / quã inſtaurauit Ant. Caracalla imp. erat apud thermas ipſius / quæ incipit a porta palatii per radices ipſius montis ſupra circum maximũ uſq; ad infima piſci-

næ. piſcinæ publicæ erat ubi nunc eccleſia ſancti Sixti. Via Lata erat apud iſeum: quæ adhuc cũ eccleſia ſanctæ Mariæ in uia lata nomen retinet.

Erant et aliæ uiæ/ut ianuclẽſis/et gallica: ueſtigia quarum haud facile cognoſcunt. Veſpaſianus uero imp. multas uias deſtrutas ĩſtaurauit: ut ĩ uetuſtiſſimo lapide marmoreo ãte ædes Cõſeruatorũ poſito lr̃æ inciſæ indicãt. S. Imp. Cæſari ueſpaſiano aug. pont. max. tri. pot. iii. imp. xii. p. p. cos. iii. des. iiii. .S.C. Quod uias urbi negligẽtia ſuperior. tẽpor. corruptas impenſa ſua reſtituit.

Erant deniq; in urbe plateæ pluribus in locis uariis lapidibus ſtratis/et ſtatuis/et colloſis exornatis.

Platea uero palatii ſaxo lacedemonico/ac porphiritico Ant. Heliogabalus imperator ſtrauerat.

Erant in ipſa urbe multæ Areæ: ut Area Capitulina, in qua erant cedulæ ſubterranæ: teſte Gellio, libro ſecundo ubi reponi ſolerent ſigna uetera: quæ ex eo templo collapſa eſſent/et alia quædam religioſe donariis conſecrata/et adhuc uiſuntur ueſtigia, uulgo ſala Cæſaris.

Erat et Area pinaria et Apollinis/ut dicet̃ ĩ regionibus.

Erat præterea umbilicus ipſius urbis in regione octaua/ ut apparet in marmore antiquo tranſlato ad eccleſiã ſancti ioannis de pinea.

Tamen pater beatiſſime: nõ omnes omnia poſſumus. Quæ autem feci/domino adiuuante/cito feci: ut infraſcripta carmina decantare ualeam.

Si bene quid facias: facias cito: nam cito factum.
Gratum erit: ingratum gratia tarda facit.

¶ De pontibus urbis.

DE PONTIBVS VRBIS

P Ontes Vrbis.vii.fuere principales/q̃uis Vibius ſæqueſter/&.P.Vict.octo fuiſſe cõfirmẽt.Vʒ. Aelius/Aemilius/Aurelius/Tarpeius/Palati-nus/Exquilinus/Vaticanus/& Ianuclẽſis. Io. Annius Viterb.ſup Fabiũ pictorem ſcribit Carmentalis porta erat ubi pons Carmẽtalis/quo.ccc.Fabii cõtra Veiẽtes trãſeuntes Tyberim in ſe linquebant/Ianiculũ adextra/ ut patet in Liuio.

Primus pons Sublitius dicebatur/q fuit ligneus ab An-co Martio rege.Ro.ſtructus/ poſtea uero ab Horatio coclite ꝓ libertate patrtæ ĩtercíſus/quẽ deinde Aemilius lapidẽ fecit/a quo Amilii nomẽ accepit;ueſtigia cuius ad radices Auẽtini diruta cernũt̃/uulgo dicit̃ marmorata.

Secũdus pons erat Senatorꝶ:q & Palatinus dicebatur: nunc uero pons ſanctæ Mariæ uocatur.

Tertius pons eſt in ſula Iouis Lycaonia uetuſtiſſimus:q & Tarpeius antea dictus fuit/ſeu Fabritius.quẽ.L.Fa-britiũ.C.D.curatorẽ uiaꝶ faciundũ curaſſe epygrãma teſtat̃/&.M.Lepidũ/&.M.F.Cos.approbaſſe:in arcu põtis ſupra ꝓfluentẽ ẽ ĩſcriptio corroſa cũ his lr̃is.

L.Fabritius.C.F.Cur.Viar.faciundũ coerauit.Q.Le-pidi.M.F.M.Lolleus.M.F.Cos.probauerunt.

Nunc uero põs .iiii.capita nominatur /in quo loco eſt

Q uartus pons cõiunctus ꝑdicto ponti / q̃ uocabatur pons Ceſtius,ſiue exquilinus(ut placet.P.Vic.)in quo marmoreæ tabulæ uetuſtate cõſũptæ cũ his lr̃is uiſũtur

DOMINI NOSRI IMPERATORES CAE-ſares.Fl.Valentinianus.pius.felix.maximus.uictor.ac triumf.ſemper aug.pont.Maximus.Germanic.Max.

Franc.

Alaman Max. Frãc. Max. trib. pot. vii. ip. vi. cos. ii. p. p. Et Fl. Valẽs. pius fœlix max. uictor. ac triũf. ſemp Aug. pont. max. Franc. max. Gottic. max. trib. pot. vii. imp. vi. cos. ii. p. p. Et Gratianus. pius fœlix Max. uictor ac triũf. ſemp aug. pont. max. Franc. max. Gottic max. trib. pot. iii. imp. ii. cõs. primũ. p. p. Pontẽ fœlicis nominis Gratiani in uſum ſenatus ac ppli conſtitui dedicariq; iuſſerũt. Noſtro uero tempore pons. ſ. Bartholomei uocatur.

Quintus pons Aurelius dicebatur: poſtea Ianuclenſis: quẽ Antonius pius imp. marmoreum fecit a Nerone dirutus fuit: quẽ Sixtus. iiii. Pont. Max. in uſum ppli. Ro. & curialium ſumptuoſo opere Tyburtinis lapidibus refecit: longitudo cuius ped. ccxv. & pons Sixti dicitur: antea uero á curialibus pons Ruptus appellatus eſt.

Sextus pons Triumphalis dicebatur apud eccleſiam & Hoſpitale. ſ. Spiritus in Saxia/ut adhuc ueſtigia ipſius antiquitatis apparẽt/qui & Vaticanus antea dictus fuit: quẽ quidẽ. T. B. uult reſtituere: & iam populo. Ro. põs Iulii uocatur. Septimus pons Vrbis Aelius, ſeu Hadrianus uocabatur, ab ipſo Aelio Hadriano Imp. cõſtructo apud Molem ipſius: noſtro tempore pons. ſ. Angeli nominatur: ſubter quos pontes prędictos regalis Tyber rapido curſu illabitur: iuxta ripã cuius his lr̃is ſcultis.

Ex auctoritate Imp. Cæſ. Veſpaſiani Aug. P. M. Trib. pot. iiii. imp. x. p. p. Cos. iiii. V. C. Caius Calpetanus Rantius Quirinalis Valerius Ceſtus Curator Riparum & Aluei Tyberis terminauit. R. R. Prox.

Erat pons in campo Martio apud montem citatorium/ de quo Suetonius mentionẽ facit: ubi de cõſiliis coniu-

ratotum in Cæſarem diſſerebāt:primū cunctati utrumne in cāpo Martio p comitia tribus ad ſuffragia uocātē partibus diuiſis é pōte deiicerēt:atq; exceptū trucidarent: an ĩ ſacra uia/uel in aditū theatri adorirentur..

Erat præterea pons marmoreus in foro Ro.á palatio ad capitoliū uſq;: nil tota urbe præclarius fuit pōte pdicto: quē.C.Callicula fecit,& capitoliū cōiunxit / quē quidē. lxxx.ingentes collūnæ marmoreæ celatæ ſubſtentabāt: at ex eo nūc ſex tantū colūnæ : tres.n.ad radices palatini montis/aliæ tres ad capitolii uiſunť/nō lōge á qbus hoc āno multa marmora effoſſa fuere cū ingēti baſe marmorea/ĩ q̄ erat hæc inſcriptio forma circulari cū lr̄is ĩciſa:u3. VICENNALIA IMPERATORVM. Ab alia uero parte uiſebāť ſacerdotes ſculpti Thauꝝ ſacrificātes.

Extra urbē eſt pōs Moluius ſiue Miluius uia Flaminia .ii.mil.ab urbe,ab Aemilio Scauro conſtructus,ubi Maxentius tyrānus á Cōſtantino ſuperatus eſt:ſupra Aniénem ſunt quatuor pontes:primus Salarius:ſecūdus Numentanus:tertius Māmeus : quartus Lucanus.

Pons Salarius extra portā Salariam,in quo ſunt infraſcripta carmina inciſa.

Quam bene curuati directa eſt ſemita pontis /
Atq; interruptum continuatur iter.
Miramur rapidas ſubiecti gurgitis undas /
Et lubet iratæ cernere murmur aquæ.
Ite igitur faciles per gaudia noſtra Quirites /
Et Narſin reſonans plauſus ubiq; canat.
Qui potuit rigidas Gothorum ſubdere mentes /
Hic docuit durum flumina ferre iugum.

Sunt & aliæ litteræ ut dicam in opuſculo Epytha.
Pons Numentanus, quo itur Numentũ apud eccleſiam .ſ. Agnetis extra urbem: quem Narſes eunuchus (ut apparet in marmore) conſtruxit.
Pons Mãmeus, a mãtre Alex. Imp. inſtauratus: quem Ant. pius fecerat, extra portã Tyburtinã / corrupte dicit̃ põte Mãmolo. Põs uero Lucanus ẽ iter urbẽ & Tyburtinã ciuitatẽ, in quo ſunt lr̃æ infraſcriptæ inciſæ.
Ti. Plantio. M. Fani Siluano Aeliano pontifi. Sodali Aug. iii. uir. A. A. A. F. F. Q. Ti. Cæſaris legat. V. in Germania Pr. Vrb. legat. & comiti. Glaudii Cæſaris in Britania conſuli. pr. cos. Aſiæ legat. præt. Mœſiæ in quã plura quam centum mil. trans Danubiorum ad præſtãda tributa cum coniugibus ac liberis & princib. aut regibus ſuis trans duxit. motum orientem Sarmatar. compreſſit, q̃uis parte magna exercitus ad expeditionem in Armeniam miſiſſet, ignotos ante, aut infenſos. P. R. Reges ſigna Romana adoraturos, aut hoſtibus receptos remiſit, ab aliquis eorum obſides accepit, per quem pacẽ prouinciæ & confirmauit & protulit. Scytarum quoq; regem Acheroneſi / que eſt ultra Boruſtenen obſidione ſubmota primus ex ea prouincia magno tritici modo annona. P. R. adleuiat. hunc legatum in Striniam præfert Vrbis remiſſum. Senatus in præfactura triumphalibus ornamentis honorauit authore Imp. Cæſare Aug. Veſpaſiano urbis exornatione eius. Q. I. S. . S. moeſiæ ita prefuit, ut non debuerit in me differri Honor Triumphalium eius Ornamentorum, niſi quod latior ei contigit mora, titulus Præfecto Vrbis

Imp. Cæſar Aug. Veſpaſianus iterum Cos fecit. Erãt & alii pontes, ut pons Meruli uia Portuenſi apud dirutã eccleſiã. ſ. Petri à Deo dato. i. papa fundatã: apud quem ſunt lræ inciſæ. DD. M. M. Ant. Antii Lupi pr. ut dicã i epyt. opuſculo. nũc uulgo dicit el põte de Larcha.

De Mõtibus & Collibus Vrbis

MOntes in Vrbe ſeptem numerantur principales teſte Virgilio qui ſcribit.

Scilicet & rerꝫ facta eſt pulcherrima Roma.
Septemq; uno ſibi muro circundedit arces.

Nomina quorꝫ hæc. ſ. Capitolinus/Palatinus/Auẽtinus/Celius/Exquilinus/Viminalis/& Quirinalis. Fabius. n. pictor è Fabiorꝫ nobili familia dicit. Facies tũc agri huius inſtar arcus erat: cuius corda eſſet alueus Tyberis: cornua ad ſolis quidẽ ortũ rupes Auentina/& ad occaſum Capitolina/media Palatina. Eadem Palatina rupes Tyberim à fronte proſpicit: à ſiniſtris Celio/a dextris Exquilino iungitur: Auentinus aũt à fronte Tyberim & Capenã tenet: ad dextrã Celiolo ac Viminali hęret. Capitolium ante ſe Tyberim & portã Carmẽtalẽ cernit/hæret illi Quirinalis. Has rupes antiq ſeptẽ colles/& ſeptẽ mõtes appellauerũt. Area huius arcus ẽ qc/qd cãpi iacet ĩter Auẽtinũ & Capitoliũ, & à palatio ad Tyberim. Idẽ Fabius dicit nomina colliũ ueteris Ro. hæc ſũt. Capitoliũ/Quirinalis/Exqlinus/Palatinus/Celſus/Celiolus/Rumurius q & Auẽtinus.

Mons Palatinus/eſt ubi palatiũ maius: in quo Roma Itali filia cõdidit Valentiã oppidũ. Poſtea uero Euãder ex Arcadia ueniens habitauit cũ ſuis, Herculemq; in ho-

ſpitio ibidẽ recepit/in quo loco Aeneas (teſte Cephalo Gergitio) primũ ædificare cœpit: cui Raph. Vol. cõſetit: in quo poſtea Romulus Romã oppidulũ/teſte Fabio pictore regiã Metropolim uertit, inq; Palatino colle fundauit: & in eo mõte fuit ſedes Po. Ro. Palatiũ á Palatinis ex agro Reatino ibidẽ conſidentibus: uel á Pallatia uxore Latini regis: uel á Palantheo Archadiæ oppido: ſeu á balatu ouium dicitur.

Mons Capitolinus q & Tarpeius nominatur á Tarpeia uirgine. Capitolinus uero á capite hominis inuento. hunc mõtem Saturniũ antea uocarunt á Saturno, qui ibidẽ habitauit. Fab. pic. ait. Prima igitur origo Romæ fuit collis Capitolinus, antea Saturnius dictus. Is eſt ubi nunc. ſ. Maria ara cœli, & arx Capitolii. Diuiditur. n: in duos colles/teſte Gellio, & pompo. læt. i. capitolinũ/ .s. & arcem. Mons Auentinus qui Rumurius: in quo habitauit Athalas Italus, teſte Fabio: ad radices cuius iuxta Tyberim ope atq; cõſilio Iani Capenã oppidulũ condidit/& regionẽ eius permiſſu Italiã dixit: in monte erat ſilua laurea, Ioui ſacra/& fons Fauni. Atrium libertatis, & ſpeluncha Cachi/& alia multa ædificia. Auentinus dicitur ab aduẽtu hominũ / ſeu ab Auentino rege Albanoꝝ, ibidẽ ſepulto/ſeu ab auibus auctore Meuio/ uel á uehendo: q cũ mons a cæteris partibus urbis paludibus eſſet excluſus/uehebantur ad illũ homines/quem Romulus (teſte Fabio) neminẽ paſſus eſt habitare. Nam fratri Remo illum ſacrũ eſſe uoluit uſq; ad Hylernam Tiberinã: de qua Ouidius in faſtis.

Adiacet antiquus Tyberino Hylernæ

Pontifices illuc nunc quoq; ſacra ferunt.
De quo loco Beroſus, & Io. Ann. clare dixerunt. Mons prædictus Auentinus eſt ubi eccleſia. ſ. Sabinę. Fabius dicit tres colles primum coluere ante Romulũ / mediũ quidem Roma filia Itali: extremos uero Saturnus Italus. Atrium libertatis. Atrium proprie ab atriatibus Tuſcis teſte Var. appellatum, genus eſt ædificii ante ædẽ cõtinens mediam aream: ut inquit Feſtus pom. Vitruuius uero ſcribit lib. vi. Atria lanius eſſe proxima. Liuius ſcribit atriũ libertatis Romæ fuerat uetuſtiſſimũ & obſides Tarentinos in dicto atrio cuſtoditos fuiſſe / ſcribit pꝛeterea refectum fuiſſe ampliatumq; ab Heliopeto. & Cor. Cethego cẽſoribus. Suetonius uero ab Aſinio pollione atriũ libertatis refectũ fuiſſe ſcribit. Nõnulli uolunt porticum ueſtę fuiſſe ubi nunc tres columnæ, quas dixi ẽ põte palatino eſſe / & aliæ tres capitolii / aliud atrium á Tito & Domitiano inſtauratum / in quo ſunt nonnulla ſigna litterarum uidelicet. RESTITVER.
Mons Cœlius á Cœlio Vibiẽno Tuſco, duce nobili, qui cũ ſuis in auxiliũ Romuli uenit cõtra Latinorũ regem Acronẽ: & incipit á Baſilica Lateranen. & terminum ponit ubi nũc eſt ecclĩa. ſ. Gregorii / & includit ecclĩas. ſ. Ma. in Dñica / & Step. Rotundi / & Io. & Pauli / ac Pet. & Marcellini ĩ radicibus eius / et alias nõnullas eccleſias. Et ibi prope eſt quatriuiũ. ſ. inter Cœliũ ipſum et Exquilias: in quo mõte erãt ædificia ſumptuoſa / ut dicitur infra: ueſtigia quoꝝ adhuc multis in locis uiſuntur in uinea dñi Achillis de Ciampolinis de caſtro plæbis / ĩ qua ſæpe fui cũ. d. Iuliano Maraſca, et Bartholomeo Cyniſco.

Mons Exquilinus eſt oīum altiſſimus, in quo loco nūc eſt eccl'ia .ſ. Ma. maioris: prope quam erat Baſilica Sicimini Romani. Marcus Varro dicit Exquiliæ duo montes habiti, q̄d pars Ceſpius mons ſuo antiquo nomine etiā nūc in ſacris appellatur: eſt & mons Oppius. Exquiliæ, teſte Pomp. Læto incipiūt ab eccl'ia .ſ. Pe. á Vinculis, & ꝓtenduntur uſq; ad .ſ. Crucis: inde ad Termas Dioclitianas: illinc circum eūdo includit eccl'iam .ſ. Andreæ, & Antonii/atq; Praxedis/& alias nonnullas: ab eſcubādo dicitur/quod ibi excultæ á Rege Tull. eſſent: uel q̄d ante Vrbem conditam/ut nonnullis placet/Collis ille aucupibus erat in uſum: ut ſparſis Quiſquiliis aues illuderent.

Mons Quirinalis eſt: in quo ſunt equi marmorei á Fidia & Praxitele ſculpti: pars cuius īfima ſolo adęquata/ut colūna Traiani ī foro ſuo poſita melius circūſpici poſſet: qui prius mons Egonus appellatus eſt/ in quo loco & mōte eſt eccl'ia .ſ. Agathæ/in Subūra ſubi & decem tabernæ fuerunt: ut in tiburtinis lapidibus nouiter effoſſis apparet: qui mons teſte Dionyſio lib. ii. hæret Capitolino: dictus á Iunonis Sabinæ tēplo/qūā illi haſtatā ſiue curim .i. quirim uocant. Eundo uero á ſinixtris eſt uallis incluſa parietibus: ubi fiebant Floralia: & mons á dextris habet domū Car. Neapolitani in parte Quirinanalis montis: qui uocatur mons Clateræ & Apollinis. Mons uero á dextris uocatur Capitoliū uetus/ ubi fuit templū iouis antiqui.

Mons Viminalis á uiminibus dictus tendit ad Thermas uſq; Dioclitianas: Marcus .n. Var. colles Exqliaꝝ non

montes appellat,i hæc uerba. Tertiæ regiõis colles q̃nq; á deorũ phanis appellati ſunt/équis nobiles duo colles Viminalis ab Ioue uiminco: cuius areæ ibi ſũt: et Quirinalis a phano Quirini/uel ab ipſis Quiritibus: qui cũ Tacio curibus uenerunt Romã/et ibi Caſtra poſuerunt: in quo monte eſt eccleſia.ſ.Laurentii panis et pernę/ut dicitur/qui colles Quirinalis et Viminalis cõiunguntur prope portã Viminalem: quæ proxima eſt portæ Collinæ: tñ de Viminali nõnulli q̃ aliter ſentiunt.
Eſt et mons notiſſimus inter eccl̃iam .ſ. Saluatoris de Lauro,et eccl̃iã pacis / qui uocatur Iordanus mons / in quo ædes Vrſinorum ſitæ uiſuntur:
Eſt et mõs Ianiculus/ſiue Aureus,intrãs tyberim: i quo Ianus habitauit: ubi nũc eſt eccl̃ia.ſ. Petri i mõte Aureo, q̃ in Ethruria,nõ in Roma: Plinius.iii.lib. Saturnia ubi nũc.Ro. Antipolis uero ubi Ianiculũ i parte Romæ:
Collis Vaticanus ubi eccl̃ia.ſ.Petri apl̃i,et palatiũ pont. de quo Feſtus põpeius, Vaticanus collis appellatus eſt: eo q̃d potitus ſit pp̃l̃us.Ro.uatum reſpõſo pulſis Ethruſcis. Aulus uero Gelius lib.xv.ſcribit: et agrũ Vaticanũ: et ei9dem agri dñ3 præſidem appellatum acceperamus á Vaticiniis: quæ ui atq; inſtinctu eius dei in eo agro fieri ſolita eſſent. Sed præter hanc cauſam.M. Varro in lib. diuinaꝝ: aliam eſſet tradit iſtius nominis rationem. Nã ſicut Arius inquit appellatus/araq; ei ſtatua eſt/quæ eſt infima noua uia/quo eo in loco diuinitus uox edita erat: ita Vaticanus deus nominatus,penes quem eſſent uocis humanæ initia: q̃m pueri ſimul atq; parti ſunt: eam primam uocem edunt/quæ prima in Vaticano ſyllaba eſt.

Icirco

Iccirco uagire dicitur exprimimente uerbo ſonum uocis recentis/in quo colle erat Templum Apollinis,& locus clauſus,in quo equos regebat crudelis nero.

Collis Hortulorũ/eſt qui ſurgit á dextris apud eccl'iam ſanctæ Mariæ de populo/in quo Neronis oſſa ſepulta fuere/ex quo colle(teſte Pomp.)cãdidati deſcendebant albis ueſtibus magiſtratũ petituri/q nũc mõs ſiue collis Pincius appellatur. ☞ Mons Citatoriũ eſt in campo Martio,nõ longe á colũna Aurelii Ant.pii,qui corrupte hodie mons Accetoriũ dicitur. Locus erat comitorium .i.Romanoꝝ/qui poſtq̃ citati ſuffragia intra ſepta contulerant/ne laturis ſe denuo immiſcerent/ab aliis ſeparabantur / uulgo dicunt eum tumulum factum eſſe ex regeſtione fundamentorum columnæ Antoninæ.

Mons Teſtaceus inter Auentinũ & Tyberim,atq; Portuenſem portã,intra mœnia ſurgit,in quo loco erát collegia figuloꝝ á Nũma rege.Ro.inſtituta/auctus fuit i purgatione fluminis.In quo nr̃a ætate adhuc fiũt ludi Taurini/ſicut in cãpo Martio tẽpore Bacchanalioꝝ. Petrus .n.Marſus oſtendit mihi nõnulla ſuper feſtũ Põpeiũ/ qui ſcribit Terentũ locum in cãpo Martio dictus/quia eo loco Ara ditis patris in terra occultaretur. Thauri appellantur ludi in honorem deoꝝ inferoꝝ facti/inſtituti aũt uidẽtur hac de cauſa,regnante Tarquinio ſuperbo / cũ magna incidiſſet peſtilẽtia in mulieres grauidas/quæ fuerat facta ex carne diu uẽdita populo thauroꝝ/ob hoc diis inferis inſtituti,& thauri uocati ſũt. Aliæ figulinæ erãt extra portam Viminalem á dextris,ubi ſurgit adhuc collis eius materiei. Sunt & alii montes ſeu colles minores

ut eſt mons Cœliculus, ſiue cœliolus apud Cœliū mōtē / quē Tullius rex addidit urbi cū mōte Exqlino & uiminali. extra urbē ꝓpe portā collinā erat locus ſubterraneus in tumulo / ubi ueſtales uirgines ſtupro ſiue inceſtu deprehēſę uiuę fodiебant cū pane / & aqua. Plura de his Plutarchus in uita Camilli. Mons ſacer ultra Anienē extra portā collinā / quo plebs á nobilitate ſecedēs diu habitauit.

¶ De Aquae ductibus.

IVlius Frontinus aquas Vrbis tantūmodo ſuo tp̄e. ix. fuiſſe ſcribit. Sextus uero ruffus / q Frōtino poſterior Dioclitiani tp̄ibus urbē Romā deſcripſit / aquas ad decem & nouem fuiſſe. ſ. Aureliam / Appiam / Aniam / Atthicā / Auguſtam / ſiue Alſietinam / Algeatinam / Antonianam / Alexādrinam / Claudiam / Ceruleam / Cuminā / ſeu Cimianam / Dalmatam / Iuliā / Martiā / Sabatinam / Seuerianam / Traianam / Tepulā / & Virgineam / ſeu Herculeam. E quibus nunc una ſolūmodo urbē influit. ſ. Virginea in campo Martio / ubi lapis marmoreus cum his litteris appoſitus eſt.

Tyberius Claudius Druſi filius. Caeſar. Aug. ductus aquae Virginirginis deſtinatos per Cæſarē fundamētis nouos refecit ac reſtituit. Quānis nōnuli M. Agrippæ laudem attribuant. Philip. Be. ait. M. Agrippa in ædilitate ſua Romam duxit aquam Virgineā / p̄terea fontes fecit centū quinq;. Caſtella. cxxx. cōplura etiam cultu magnifica ac operibus & gratuita tribuit balnea centum ſexaginta Plin. lib. xxxvi. Aqua Virginea á Virgine quadā dicta / qđ cū q̄rēt aquā milites Ro. Virgo uenas aquarū mōſtrauit / quā p̄dictus Agrippa obduxit ab octauo la-

pide diuerticulo duo mil. paſſuũ p̄neſtina uia iuxta Her-
cullaneũ riuum/quē refugiēs Virginis nomen optinuit:
M. Agrippa teſte Plin. in ædilitate ſua adiecta Virginea
aqua, cæteriſq; corriuatis/atq; emendatis lacus ſeptingē-
tos fecit. Forma ipſius aqueductus adhuc apparet in Vr-
be/in quo loco non longe ab eccleſia ſancti Silueſtri in
campo Martio ſuper ueterem arcum in tyburtino lapi-
de infraſcriptæ litteræ uiſuntur.
Titus Claudius Druſi Cæſar Auguſtus Germanicus
pontifex maximus trib. poteſ. v. imp. xi. p. p. coſ. deſig. iiii.
arcus ductus aquæ Virginis diſturbatos p. C. Cæſarem
a fundamentis nouos fecit ac reſtituit.
Nōnulli uolũt ſeptem aquę ductus principales in Vrbe
fuiſſe/primus omniũ fuit/in quo erat clariſſima aquarũ
omnium toto orbe frigoris ſalubritatiſq; palma p̄conio
Vrbis, Martia inter reliqua deum munera Vrbi tributa:
antiquitus enim Anfeia uocabatur/oritur uero piconia
in ultimis montibus pelignorum tranſiit marſos, fucinũ
lacum Romam uſq; perueniens/mox ſpecu demerſa in
tyburtina ſe aperit nouem millibus paſſuum fornicibus
inſtructis p inductum primus in Vrbem dictam aquã
inducere uoluit Ancus Martius Rex in Capitolium.
Poſtea. Q. Martius in pretura/ruſuſq; reſtituit. M.
Agrippa/concipitur Via Valeria mil. xxx. prope ſub la-
cum/quam ait ſuo tempore Frontinus in Auentinum a
Traiano perductam, Traianam fuiſſe dictam/ut apparet
in lapide marmoreo fracto ac nuper effoſſo. Aqua Mar-
tia concipitur a milliario. xxxvii. ut apparet in litteris ſu-
per portam Tyburtinam.

IMP. Cæſar. diui Iuli.f. Auguſtus pontifex max. cos. xii. tribunic. poteſt. xix. imp. xiiii. riuos aquarum refecit.
Imp. Cæſar. Aurelius Ant. pius felix aug. Parthic. max. Brit. max. pontifex. max. Aquã Martiã uariis kſibus impeditam purgato fonte, exciſis & perforatis montibus reſtituta forma adquiſito etiam fonte nouo Ant. pii aug. in ſacrã Vrbem ſuam perducendam curauit.
Imp. T. Cæſar diui. f. Veſpaſianus aug. pon. max. Tribunutiæ pot. ix. imp. xv. cenſ. cõſ. vii. deſig. ii. Riuom aquæ Martiæ uetuſtate dilapſum refecit / & aquam / quæ in uſu eſſe deſierat reduxit.
Aqua Tepula erat / quã ex agro Lucullo Seruilius Cæpio. et. P. Caſſius Lõginus Cẽſor in capitoliũ perducẽdã curauerunt. ¶ Iuliam aquã. M. Agrippa ab inuentorẽ uocatã introduxit ex tepula uia ſubterranea ſupra terram uero fictili ſtructione ope arcuato. ¶ Claudia uero / quã Caius princeps ĩtroduxit ex fontibus Curtio et Ceruleo mil. xlv. uia Sublacẽſi Claudiuſ abſoluit ope arcuato. Titus deinde reſtituit / ut cubitales litteræ ſup neuiã portã demonſtrãt. ſ. Ti. Claudius. Druſi. f. Cæſar. Aug. Germanicus. pont. max. tribunitia poteſtate. xii. cos. v. imp. xxvii. pater patriç aquas Claudiã ex fontibus q uocabantur Ceruleus et Curtius á miliario. xxxvi. Itẽ Anienẽ nouã á miliario. lxii. ſua impenſa in urbẽ pducẽdas curauit.
Imp. Cæſ. Veſpaſianus. Aug pont. max. trib. pot. imp. vi. coſ. iii. deſig. iiii. p. p. aquas Curtiã et Ceruleã pductas á diuo Claudio / et poſtea ĩtermiſſas dilapſaſq; p ãnos nouẽ ſua impenſa urbi reſtituit. Sũt ibi præterea et aliæ lr̃æ minores. ſ. Imp. Cæſ. diui. f. Veſpaſianus Auguſtus

pont.maximus.tribunic.pon.imp.xvii.pater patriæ cẽſor.coſ.viii.aquas Claudiã et Anienem pductas á diuo Claudio/et poſtea á diuo Veſpaſiano patre ſuo urbi reſtitutas cũ capite aquaꝝ a ſolo uetuſtate dilapſæ eſſent,noua forma reducendas ſua impenſa curauit.

Aniené ueterem.M.Curtius cẽſor cũ.L.papinio annis xl.poſt Appiã pducendam demanubiis epyrro captis curauit/cõcipit ſupra tybur.xx.mil.extra portã Romanã: Aniené uero nouã ope ſumptuoſo et ſtrictura mirabili Iulius Frontinus á diuo Nerua curator aquaꝝ factus reſtituit/ac in urbẽ pduxit. ¶ Aqua Appia poſt initium Sãnitici belli inducta ab Appio claudio cenſore/cõcipit .n.in agro Lucullano/qui nũc Tuſculanus putatur,uia pneſtina. ¶ Aqua Alſietina quæ et Auguſta dicebat,ſeruiebat regioni Tranſtyberinæ cũ Sabatina/quaꝝ una Alſietina.ſ.Via Claudia.mil.xiiii.é lacu Alſietino cõcepta ob frigiditatem minus ſalubris,ab Auguſto fuit introducta/altera uero Sabatina ẽ á ſabatiis poſt Frontinũ memorata/haꝝ quoqꝫ uiſuntur ueſtigia aquęductus extra portã Aureliã/quam Sabbatinã exiſtimo/alteris uero apud triũphalem pontẽ.Nõnulli addunt beatiſſime pr.Septimianã/ut aquaꝝ numerus urbis ſit.xx.Q uæ quidẽ aquæ/uel á conditoribus/ut Traiana/uel a locis unde dicunt/ut Cerulea nomen aſſumpſere/de pdictis aquis á Iulio Frotino/qui aquaꝝ curæ delegatus fuit/ppulchre ſcriptũ eſt/ait.n.hii ſunt arcus altiſſimi ſubleuati in quibuſdã locis ped.cix.tot aquaꝝ tam multis neceſſariis molibus/et quæ ſequunt.Plin.uero dicit.Vicit antecedẽtes aquaꝝ ductus/nouiſſimũ impẽdiũ opis inchoa/

tia.C.Cæſare/peracti á Claudio/quippe lapideã excel-ſitatem oẽs urbes & montes ęquantem/ut lauachra im-pleret,Curtios atq; Ceruleos fontes adductos-erogata in id opus talentũ quingenta ſexaginta milia. Is eſt nũc aquę ductus/quem a porta Neuia ad Lateranenſem Ba-ſilicam/& inde p Cœlii montis dorſum ad Auẽtinũ mõ-tem pductum fuiſſe á Caſſiodoro monſtrat/in domo Ioãnis ciampolini nõ lõge á cãpo Florido legi infraſcrip-tas litteras in lapide marmoreo multis in locis fracto,qui lapis repertus fuit apud eccleſiam .ſ.Crucis.

Imp.Cæſ.diui.M.Antonini & Traiani.M.Sar.M.fi-lius diui Cõmodi .f.diui Ner.diui Antonini Pii nep.di-ui Hadriani pnet.diui Traiani Parthic.abnep.diui Ner-uæ abnepos.Septimius ſeuerus.pius.ptinax.Aug.arab.adiabenic.Parthic.arabic.pont.maxi.trib.pot.viii.imp.xi.coſ.ii.p.p.procos.Et imp.caeſ.L.ſeptimii ſeueri.pii.p-tinacis.aug.arab.adiabenic.parthic.max.filius diui Anto-nii pii pronep.diui Hadriãi pronet.diui Traiani parthic.& diui Neruae abnep.M.aurelius Antoninus.pius.felix.Aug.trib.pot.iiii.procos.p.p.arcus cœlemontanos ob nimiã uetuſtatẽ collapſos á ſolo ſua pecunia reſtituerũt.

Nõ longe á Lateranenſi Baſilica in cœlio mõte eſt lapis marmoreus í aquæ ductibus cũ his lr̃is ſcultis/q̃uis nõ-nulli ſcaltis dicãt.Imp.Caeſ.D.M.Antonini.pii.germ.ſarm.f.diui Cõmodi frater.diui Ant.pii nep:diui Hadriãi pronep.diui Traiãi parthici abnep.diui Neruae abnepos.Et quę ſequunt/ut aptius dicã in opuſculo de ueteribus epitha.Ro.qđ qdẽ Reuerẽ.Sixto nepoti.S.T.Vicecã-cellario.&.S.R.E.Car.tt.ſ.Pet.Aduinc.dedicaui.

In arcu tyburtino cõiuncto ꝑdicto aquæ ductui inter ec-
clleſiã.ſ.Mariæ in dõnica.& Io.& Pauli.ſunt infraſcriptę lrę
inciſę uetuſtate cũſumptę. P.Cornelius.P.T.Dolabel-
la.Coſ.C.iunius.C.F.ſilãus flamen martial.Ex.S.C.
Faciundnm curauerunt idemq; probauerunt.

¶ De Thermis

t Hermas in urbe.xii.fuiſſe legimus principales, uidelicet/Antonianas/Agrippinas/Alexandrinas/Aurelianas/Cõſtantinianas/Dioclitianas/Domitianas/Gordianas/Neronianas/Nouatianas/Seuerianas/& Traianas.Erãt & Tytianę thermę/& Decianę/Cõmodiãę/& Syrtacę/Philipi aug.& Olympiades. Thermæ erant loca ampliſſima & ſumptuoſa/q̃ aut calentibus aquis/aut ipſo ſine aquis fornice igne calefacto lauandi/ſudandiq; uſibus deputata ſunt. Erant ꝑterea in thermis lauachra in modum prouinciarum extructa, ad lauandiq; uſum balnea/nedum plano in ſolo/inicuiq; expoſita/ſed etiam penſilia.Erant deniq; in thermis ipſis Areæ ampliſſimę porticibus circũdatę ſumptuoſiſſimis, camerataq; ſuperbiſſimis fornicibus ædificia in circuitu habentes/in quibus colũnarum diuerſi coloris marmorearum ordines immenſarum fuiſſe hinc conſtant/ut in ipſis ruinis adhuc apparet,cum parietibus diuerſorum lapidum incruſtatis.Erant et natatoria/et nemora/et loca pauimentata uariis adornata picturis.Erant et alia multa populi ludis/atq; delitiis expoſita.

Thermæ Alexandrinæ ab Alexandro ſeuero principe edificatę fuere/ueſtigia quarum apud eccleſiam ſancti Euſtachii uiſuntur.

Termæ Agripinæ a. M. Agrippa factæ nõ longe a Pan-theon et tẽplo Mariæ ſup Mineruam, ut ipſaꝝ ueſtigia demonſtrant in loco/ qui uulgo Ciambella dicitur.

Thermæ Antonianæ/ quas Baſſianus Antoninus Caracalla inchoauit/ et Alexãder pfecit/ ad huc uiſunt ſemi-dirutæ apud eccleſiã. ſ. Syxti quaꝝ cellam ſoleare archi-tecti negant poſſe ulla imitatiõe/ qua eſt fieri/ nã ex ære uel cupro (ut ait Spartianus) cancelli ſuppoſiti eſſe dicũ-tur/ quibus cameratio tota concredita eſt/ et tm̃ eſt ſpatii, ut idipſum fieri negãt potuiſſe docti mechanis/ ut adhuc uiſunt ingẽtes ruinæ cũ altis parietibus, ac ſemiſepultis columnis. ¶ Thermæ Aurelianæ / quas hyemmales fecit Valerius Aurelianus imperator Traſtyberim, ut ad-huc in nonnullis locis apparent ueſtigia.

Thermæ Conſtantinianæ/ apud equos tyriadis adhuc uiſunt ſemidirutæ in colle ipſo Quirinali/ et ibidẽ in fra-cto lapide marmoreo/ Petroniũ/ ppẽnã urbis pfectũ illas reparaſſe legit. ¶ Thermæ Dioclitianæ/ nõ longe ab ecclia. ſ. Suſannæ adhuc extant/ quas Cõſtantius et Seuerus dedicauerunt/ atq; ſtatuis ſuis cõditoꝝq; appo-ſitis ornarunt / ut in lapide marmoreo ibidẽ effoſſo lræ oſtendunt. ſ. M. Aurelius Val. Maximiano inuicto Aug. pont. Max. imp. viii. coſ. iii. p. p. p. In alio marmo-re tranſlato ad plateã uulgo Cãmillianã dictã, ſũt inciſæ infraſcriptæ lre. Thermas Dioclitianas / a ueteribus princib. inſtitutas omn. In alio uero marmore inter ec-cleſias ſcõꝝ Andreę et Antonii poſito, apud gradus Ti-burtinos uiſuntur infraſcriptę lrę inciſę in nõnulis locis fracte. Seniores Augg. D. D. N. N. Cõſtãtinus.

Thermas

M. Aurelius, et maximianus. Thermas Feli.
Maximianus Aug. Praeſentia maie.
Fieri iuſſit, et Di. Domini Conſecra.
Pro tanti operis. Pomp. uero Lętus lib. ii. ſcribit thermę eius nomine Romę ſunt conſecratę & Maximiani Herculii Carthagini. Thermę nominis Dioclitiani inchoatę fuerũt á ueteribus principibus/& cõſecratę ab nouis Auguſtis Cõſtantio/& Maximiano. Dioclitianus igitur inchoatũ opus abſoluerat omni cultu pfectũ. Secuti principes poſuere ibi ſtatuas & ſeniorꝫ & nouorꝫ imperatorꝫ/ quorum capita integra, & fragmẽta reliquá corporꝫ erui ex ſubterranea teſtudine/uelut ibi poſt ruinas thermarꝫ cõſeruata uidimus/& partim in Capitolium delata/ptim Florentiã miſſa. Conſtantius & Maximianus inuicti auguſti, Seuerus Maximinus Cæſares thermas ornarunt, & Romanis ſuis dedicauerunt. Sit ne in nominibus ambiguitas diximus. Hęc didicimus ex fractis marmoribus ibi effoſſis/ĩ qbus & tituli uictoriarꝫ Maximiãi Herculii in hæc uerba. M. Aurelius. Val. Maximiano inuicto. aug. Pont. max. Sarmatic. max. Gothic. max. Imp. viii. Coſ. iii. p. p. procõſuli. Nil mirãdum eſt. B. P. de ipſis maximis/ac ſumptuoſis ædificiis Ro. Erãt. n. dñi orbis terrarꝫ/& in pdictis thermis ædificãdis Dioclitiãus imp. & inimiciſſimus fidei Xpianæ. cxl. Chriſtianorꝫ millia/ ad id opus pluribus ãnis in modũ ſeruitii adduxit.

Thermæ Domitianæ/á Domitião impatore cõſtructæ in campo Martio, nõ longe ab eccľiá. ſ. Silueſtri/ueſtigia quarꝫ adhuc apparent diruta marmoribus diſpoliata.

Thermæ Gordianę fuerunt apud eccľiã. ſ. Euſebii apud

domum Gordianorum/quã Iulius Capitolinus dicit extaſſe uia pneſtina ducentas colũnas uno ſtilo habentem. Thermæ Neronianę erãt ĩ loco thermarum Alexãdrinarum, quas Alex.imp.reſtituit,& Alexandrinas dixit/uel ut nõnulli uolũt cum illis cõiunctæ fuerunt/ueſtigia ipſarum apparent apud domum reueren. Car. de Medic. Florent. Thermæ Nouatianę fuere ĩ loco unbi nũc eſt eccl'ia.ſ.Pudentianę in uico Patritio/ut ruinæ adhuc indicant. Thermæ Seueriãę a Seuero Aphro imp.edificatę fuerũt ĩ regione Tranſtyberina/teſte Helio Spartiano collũnę pulcherrime/quarum cũ marmoribus ſunt in eccl'ia .ſ. Griſogoni & Cecilię. ¶ Thermę Tytianę/a Tyto edificatę nõ longe ab eccl'ia .ſ. Martini in montibus/q capaces hodie dicuntur,ob aquarum capacitatem/uulgo Sette ſale/ in quo loco inuenta fuere duo marmora ſculpta cũ flãma/in primo erãt lrę/Ioui/in.ii.uero/Imp. Veſpaſianus Aug.p collegiũ pontificũ fecit. Poſt quas inter Aquilonẽ & Eurũ erant thermę Philippi Aug. imperatoris. Thermę Decianę/erãt in Auẽtino/quas ad honorẽ decii imp.S.P.Q.R. Aedificauit/apud quas erant & thermę Syrianę/ſeu Varianę.Raph uol.ſcribit priuata Traiani.i.ędes cum thermis in Auentino:teſte. P.uictore.ea nũc apparent/q in uinea noſtra comprehẽduntur: nam eo uſq aqua.Itẽ Traiana deducebatur/ut ex marmoreis lr'is reptis cõſpicimus.Notãdũ ẽ,qđ ruinę/quas uidmus apud trophea.C.Marii a nõnullis thermę Gallutii appellant:tñ teſte Suetonio/fuit ibi ĩſignis illa baſilica/quã.C. Caeſar Caio/& Lutio nepotibus extruxit/& uſq in hodiernũ diẽ Caii Lutii nom̃ retinet/corrupte uero Gallutii.

Erant p̃terea in Vrbe Lauacra multa, ut fuit Agrippinæ lauachrũ ab Hadrião imp. inſtaurato/ueſtigia eius apud eccl'iam. ſ. Laurentii in Panis pernæ uiſuntur apud thermas Olympiades in aſcenſu Viminalis/nõ lõge á tẽplo ſ. Vitalis/in quo loco fuerũt repta ſimulachra duo Bacchi marmorea, cũ fonte & fiſtulis plumbeis cũ hac inſcriptione. In lauacro Agrippinæ. ¶ Lauachrũ Cõmodi imp. a Cleandro extructum fuit nomine ipſius Cõmodi. Spartianus nãq; ait. Enimuero Pius. i. Marcus. ii. Verus. iii. Cõmodus. iiii. Quintus Caracalla. vi. Getha. vii. Diadumenus. viii. Heliogabalus Antonini fuere/nec inter Antoninos referendi ſunt duo Gordiani/aut qui prænomen tantum Antoninorum habuerunt.

Balnea & Balinę, ut in marmore antiquo uidi ſcultũ. L. Pauli, erant in colle Quirinali/uulgo nũc dicit̃ (cõrupto nomine) Magna napoli/nõ longe á turri Militiæ. Tñ Alexander imp. omnibus regionibus urbis addidit balnea/& hucuſq; Alexandrina balnea dicunt̃: balinæ in genere fœmi. ſunt pub. in genere autem neutro priuata balnea, teſte Varrone/q̃ oĩa Phili. Bero. cõfirmat.

Balinæ & balnea in Vrbe fuerunt numero. dcccclvi.

Lacus ſiue putei publici numero. —. cccl ii.

Latrinæ uero publicæ numero. —. clii.

¶ De Naumachiis & Cloacis.

Erant enim Naumachiæ ſtagna naualia in Vrbe in quibus decertabatur nauibus. E quibus principales quinq; fuiſſe legimus.

Apud circum maximum erat Naumachia.

DE NAVMACHIIS ET CLOACIS

Apud arcum Domitiãi erat Naumachia ipſius Domitiani ut adhuc ueſtigia in cãpo Martio nõ lõge ab Auguſta adhuc apparent. ¶ Erat pterea Naumachia Neronis ad radices mõtis aurei/ea parte qua itur ad pertuſam portam in Vaticano. ¶ Cloacæ ampliſſimæ a Tarqnio rege Ro. factę fuere in Vrbe/ut adhuc in uelabro, & Iudeorum platea uidere poſſumus/ac etiam in uinea domini Bartholomei de Doxiis apud Colloſſeum.

Cloaca uero maxima eſt ppe Ianum in uelabro/ut multi aſſerunt. Erant & aliæ q̃ multæ cloacæ p Vrbẽ/adeo ut penſilis urbs tota uideretur. Liuius.n.ait Tarqnius foros in circo faciendos curauit/& cloacã/quæ maxima receptaculum oĩum purgamentorũ Vrbis ſub terrã agendã/quibus opibus/uix noua hæc magnificẽtia quicq̃ adęquare potuit. Idẽ Plin.lib.xxxvi. Præterea cloacam operum omnium dictu maximã ſuffoſſis montibus/atq; ut paulo ante dixi, urbe penſili ſubtuſq; nauigata.

Id.M.Agrippa fecit in ædilitate poſt cõſulatũ corriuatis ſeptẽ amnibus curſu pcipiti torrentiũ modo rapere, atq; auferre oĩa coactis. Strabo uero ait. Cloacę duro cameratæ lapide paruas carris ſtramentorũ ſemitas reliquerunt. Tanta aũt p aquæ ductus aquarũ ubertas influit/ut per Vrbẽ/atq; Cloacas amnes inundare uideant/& uniuerſæ ppemodũ ædes ſubterraneos meatus/ſiphones ad fiſtulas undoſas habeant. Quorũ accuratiſſimã diligẽtiã M.Agrippa egit/qui urbẽ pluribus aliis momumentis adornauit. Quæ cloacæ ad ripam uſq; aluei fluminis deſcendebant/ut adhuc in nõnullis locis apparet. Erant pterea curatores pub. ut in lapide marmoreo apud pon-

tem Aureliũ lr̃æ indicant.ſ. Imp.Cæſaris diui Traiani Parthici.f.diui Neruæ nepotis Traiani & Hadriani aug. pont.maxi.trib.pot.xxii.imp.ii.coſ.iii.Tyrr. Ruſticus curator Aluei & ripa℞ Tyberis & cloaca℞ Vrb.R.R. reſtituit ſecundũ p̃ſidentem terminationẽ ꝓximam.I.C P.P.IVXS. Nõ longe a quo loco eſt alia inſcriptio in marmore inuento in uinea Laurentii Pallucellis ſcilicet. Ex auctoritate imp.Cæſaris diui Neruæ.f.Ner.Traiani. Aug.Ger.Daci.ponti.Max.trib.pot.vii.imp.iiii.coſ.v. p.p.T.Iulius Ferox curator aluei & ripa℞ tyberis & cloaca℞ urbis terminauit ripã.r.r.prox.c.p.p.p.c.xv.a Fabio A.f.

De Circis.

Nonulla Praxitelis opera

Dionysius et Policletus

Heliodorus. olympum luctantes:eodemq; loco. Heliodorus Ve-
nerem fecerat lauãtem ſe/& Dedalum aſtantem miro
artificio. Quid dicam de pulcherrima ſtatua Apolli-
Apollinis statua nis/quæ uiua(ut ſic dicã)apparet:quã tua beatitudo
in vaticano. in Vaticanum tranſtulit:apud quam eſt Veneris ſta-
[V]eneris statua cũ cupidine. tua cum alato cupidine paruulo in eodẽ marmore ſcul-
pto cũ his litteris. VENERI Felici. SACRVM.
SALLVSTIA HELPIDVS.DD. Nõ tacebo
Laochoon. Lacohontis ſtatuam pulcherrimam / quam propriis
oculis aſpexi, inuẽtam anno.iii.tuæ ſanctitatis in loco
Plinius. Beluidere collocatam: de qua plinius lib.xxxvi.cap.v.
circa finẽ dicit. Sicut in lacohõte/ qui eſt in Titi imp.
Domo/opus omnibus & picturæ & ſtatuariæ artis p̄-
ponendum/ex uno lapide/eum & liberos: draconũ ue
mirabiles nexus de conſilii ſententia fecere ſũmi artifi-
[A]geſander. Polidorus & ces Ageſãder/& Polidorus/& Athenodorus Rhodii.
Athenodorus. Nec obmittam aliam ſtatuam Paulo poſt inuentam
apud campum flore/a plebe, Herculis cum puero uo-
cata:quã tua ſanctitas in ædibus palatinis collocauit
apud Ianuã porticus ſuper Viridarium cũ Epithaphio.
PROCVL ESTE PROPHANI: Quæ quidẽ
Statua comodi. eſt ſtatua Commodi imperatoris imitãtis Herculem
Craterus et Pithodor[u]s. Hylã puerũ tenentẽ cũ pelle leonis. Craterus uero cũ
Pithodoro Domos Palatinas repleuere probatiſſimis
ſignis. Eſt præterea in ædibus Conſeruatorum Her-
Hercules eneus. culis ænei ſimulachrũ cũ aliis nonnullis ſtatuis æneis
Lupa enea. & lupa ænea cum romo:& remulo/& alia q̄plura ro-
monimenta/cum duobus pulcherrimis tabulis lucen-
tibus miræ pulchritudinis & artificii ibidem uiſuntur.

Obmitto caput æneū colloſſi cum pede & manu ibi-
dem poſitum:& caput æneum turritū in uiridario pa-
latii.ſ.Marci. Omitto præterea marmora & lapides
porphiretic.diuerſorum colorū,ſectaq; in ſtatuis picto-
rum more reducta/ut apparet in porticu ſancti Petri,&
ſ.Mariæ tranſtyberinæ/& in eccleſia.ſ.Andreæ miro
artificio incruſtata/ut dixi in ſtationibus Vrbis / & in
eccleſia ſanctæ Luciæ in ſilice/in quibus eccleſiis pictu-
ræ animalium auiūq; ac ſi é muſiuo & pictura eſſent
depictæ uiſuntur:ſpolia templorū & thermarum Ro.
Inter Capitolium & palatium erant.xiii. Columnæ
marmoreæ cum ſtatua equeſtri aurea Domitiani/ſub
cuius pedibus erat Rhemnus fluuius germaniæ/de
qua triūphauit. ¶Erat Traiani equus æneus in atrio/
cuius inſtar alterū ſibi fieri Conſtantinopoli Con-
ſtantinus petebat ab Hormiſda architecto/quē ſecum
duxerat/cui Hormiſda / ſtabulum quoq; tale condas
oportet/ſi uoles equum late ſuccedere. Erat in urbe
equus aureus Conſtantini apud. fo.ro.ut apparet in
regione.viii. M.Aelius aurelius Ant.educatus fuit in
mōte Cælio apud lataranēſe palatiū/in quo loco fecit
ſtatuā eius pacificatoris equeſtrem:uulgo equus Con-
ſtantini dicitur in platea ſancti Ioannis lateranē. quā
Syxtus.iiii.cum ingenti baſe marmorea uariis inſigni-
bus ſculpta inſtaurauit cum hac inſcriptione. Syxtus.
iiii.Pont.max.equum hunc æneum uetuſtate quaſſa-
tum collabentē cum aſſeſſore reſtituit.In urbe fuerunt
equi ænei deaurati numero.xxiiii. Eburnei uero.xciiii.
Tabulæ & ſigna ſine numero:Omitto ſtatuas deorū

statuę Deorũ. lxxx.
statuę eburneę. lxiiii.

numero.lxxx.Dei uero eburnei.i.ſtatuæ eburneæ nu-
mero.lxiiii.marmorei uero ſine numero margaritis &
unionibus exornati.Nunq̃ Iulius Cæſar / beatiſſime
pater Iuli/ĩ illud glorię culmẽ aſcẽdiſſet/niſi mirari &
imitari Mariũ ab adoleſcẽtia didiciſſet: quin & Alex.
ꝓfuit imago in tẽplo Herculis ghadibus conſpecta:
qua mox ad cupiditatem magnas res agendi/non ex-
arſit modo/ſed ut ait Tranquillus,ingemuit:profecto
ſi ſtatuæ illuſtrium poſſunt(ut inquit Fran. Petrar-
cha) nobiles animos ad imitandi ſtudium accende-
re:Quod.Q.Fabium.max.& Q.Cornel. Scipio-
nem dicere ſolitos / Criſpus refert. Quanto magis
ipſa uirtus hoc efficit:claro dum proponitur,nõ mar-
more,ſed exemplo. Quæ quidẽ omnia ſanctitas tua/
ut alter Iulius cæſar uirtutẽ propria immenſoq; labo-
re ad ſummũ imperium deuictis hoſtibus potentiſſi-
mis peruenit.ſed ut cepta proſequar beatiſſime pater.
In ædibus columnenſiũ & urſinorũ ſabellorũq; ſunt
multæ ſtatuæ.Omitto multas in ædibus cæſarinis,&
mediceis.Diac.Car.& in palatio Pauli Veneti/in quo
multa ſigna marmorea poſuit Reuerendiſſimus.Do.
de Grimanis uir doctiſſimus.¶ In domo ſaxea apud
parionẽ ſunt ſtatuæ pulcherrimæ marmoreæ & por-
phiretico lapide ſculptæ/cũ capite & titulo magni Põ-
pei.Sũt p̃terea ĩ ædibus Laurẽtii manilii/ſanctæ Cru-
cis,& de branca,& ciampolinis nõ longe a platea iu-
deorũ ſtatuæ inſignes.Sunt deniq; in ædibus de ma-
ximis/& de ualle/atq; porchariis/mellinis/& mapheis/
atq; buriis nõ lõge a Minerua ſtatuæ cũ epithaphiis

Magni Pompei caput.

ro. Obmitto orologiũ & mẽſes duodecim in lapide marmoreo cum ſignis zodiaci & feſtis deorum ſculptum apud domum Vall.& in domibus Palauicin.in cãpo Martio:maximo artificio inciſa uiſuntur feſta,& alia notãda.Obmitto nõnullas ſtatuas apud aquam Virgineã in regione Triuii,in ædibus Fricapan,& turris Roſciæ/& iulii de thomais apud eccleſiã ſancti Euſtachii/& de Capharellis,& aliorũ.Ro. Vidi præterea in ciuitate Viterb.ſtatuas ueruſtiſs.repertas ĩ colle cybelario.Cybelis/laſcii/Armoniæ/Veſtalis/& Electræ: de quibus á Io.Viterb.ſatis dictũ eſt/ut in codice Hieronymi carboñ.de Viter.uidi cũ poſtillis manu propria.Io.annii Viterbien.de quibus nonnulla dicam in epitha.opuſculo.De picturis pauca ſcribam/nonnullæ adhuc apparent picturæ in thermis/& hortis ſaluſtianis/& Mecen.& in mõte Quirinali pluribus in locis multa uiſunt ueſtigia hiſtoriarũ depicta ĩ ipſis ruinis. Obmitto loca diruta apud eccleſiam Petri ad uincula uariis picturis exornata. ¶ Fabius maximus é clariſſima gente Fabiorũ ædẽ ſalutis pinxit anno Vrbis cõditæ cccel.teſte Plinio.Pacuuius uero poeta ædẽ Herculis in.fo.bo.miro.artificio depĩxit.In mõte palatino in uinea phedræ uolaterr.uiri doctiſs.oratoriæ & artis peritiſs.nõnullos uidi parietes antiquos depictos uariiſq; coloribus exornatos.Extra Vrbem uero uia ſalaria prope portã eſt ſepulchrum quoddam in uinea ad ſimilitudinem templi conſtructum/in quo cæteris & Bacchi picturæ cum uitibus & uaſibus hydriaꝝ depictæ uiſuntur miro artificio/quæ omnia Petrus Paulus

Lapis cũ horologio. x menſib; et ſigs Zodiaci

collis cybellarius

Fabius Pictor.

Pacuuius.

de Symeonibus.ro.mihi oſtendit apud uineam ſuam non longe á porta Salaria. ¶Omitto Templum Bacchi apud eccleſiam ſanctę Agnetis depictũ opere muſiuo cum uitibus & piſcibus.

De Coemiteriis ſacris.

COemiteria, loca erant ſacra, in quibus corpora ſſ. martyrũ ſepelliebantur/ & ſcribitur per oe. Coemitaria fuerunt multa diuerſis in locis Vrbis & extra. Comiterium ad cliuũ cucumeris in laterano. Coemiterium Vrſi pileati/in quo loco erat imago Vrſi habentis pileum in capite apud eccleſiam ſanctæ Bibianæ. & ſex millia martyrum: antiquitus ad uerbum pilearum, uel palearum dicebatur. Coemiterium Priſcillæ, Via ſalaria apud eccleſiã ſancti Silueſtri. Coemiterium inter duas lauros uia labicana. Coemiteriũ Traſonis Via ſalaria apud Eccleſiã ſancti Saturnini/in qua erat coemiterium Amproniani & Babillæ. Coemiteriũ Prætextati Via appia apud eccleſiam ſancti ianuarii. Coemiterium Domitillæ uia Ardeatina apud eccleſiam ſ. Petronillæ. Erat & coemiterium Damaſi & baſilei atque Balbinæ in dicta uia. Coemireriũ Caleopodii uia Aurelia apud eccleſiam ſancti Calixti. Coemiterium calixti in urbe apud eccleſiam ſancti Sixti / erat & aliud coemiterium calixti ad cathecumbas extra urbem, ubi nunc eſt eccleſia ſanctorũ Fabiani & Sebaſtiani mar. Coemiterium cõmodillæ uia hoſtienſi. Coemiterium ad inſalatas uia Portuenſi apud eccleſiam ſancti Felicis. Erat coemiterium Pontiani / & Amproniani.

Bacchi templum apud ſanctam agnetem.
ad cliuũ cucumeris.
Ad vrſum pileatum, qui adhuc conſpicitur in ſaxo erecto:
Priſcillę.
Inter duas lauros.
Traſonis.
Ampromiani et Babilę.
Pretextati.
Domicillę.
Damaſi, Baſilei et Balbinę.
Calcopodij.
Calixti duplex.
Cathecumbę.
Cõmodillę.
ad Inſalatas.
Pontiani et Ampromiani.

De ſepulchro auguſtorum,& mole hadriana.

IN ualle martia Octauius auguſtus Mauſoleum extruxit /ut adhuc apud eccleſiam ſancti Rocchi ueſtigia ipſius antiquæ celſitudinis demonſtrant:in quo ſepulcho erant ſtatuæ æneæ atq; marmoreæ cum inſciptione pacis & uictorię & P.P. ad honorem ipſius Auguſti:quod quidem mauſoleum nõ ſibi ſolum/ſed poſteris cõmune poſuit:de quo ſuetonius. Reliquias mauſeolo condiderunt:id opus inter Flãminiam uiã ripamq; Tyberis ſexto conſulatu ſuo extruxerat/caſſiodorus uero ait:ſed mũdi dominus ad potentiam ſuam opus extollens mirandam Romanis etiam erigens fabricam in Vallem martiã tetendit Auguſtus:immẽſa molles firmiter præcincta montibus continetur : ubi magnarum rerum inditia clauderẽtur:biſſena quippe hoſtia ad.xii.ſigna poſuerunt:ſtrabo autẽ dicit. Cõmemoratione digniſſimum eſt:quod Mauſoleum appellant in excelſis fondatũ molibus.lapide niueo/& perpetuæ uiriditatis arboribus coopertum : in ſummũ uſq; uerticem ad fluminis ripam exagheratum:in ſummo autẽ poſitum eſt Cæſaris Aug. ſimulachrum ex ære fabricatũ.ſub agere ipſo ſunt eius loculi/& cognatorũ/ & neceſſariorũ/a tergo uero lucus eſt mirifica continens ambulacra/in medio autẽ cãpi ſpacio buſti extat ambitus/& hic ipſo niueo perfectus lapide, ferreos in circuitu cancellos habens/& plãtatas interiſus per ſe ferens populos.Erant ibi pater beatiſſime circuniectæ ſiluæ atq; ambulationes in uſum populi Romani. Stabant præterea apud dictum locum Obeliſci duo

Auguſti sepulchr cum inſcriptione Pacis et Victorię et P.P.

vi consulatu extrux Caſſiodorus.

Strabo de Aug. ſeplchr

Obeliſci duo.

Mauſoleum.

Hadriani Moles.

Pons Hadriani.

& colũnæ ingentẽs: pulcherrimæ, cum parietibus marmoreis porphireticiſq; lapidibus incruſtatis. Arthemiſia regina fecerat mauſoleũ monumentum mauſolo Regi Cariæ marito: quem amaſſe fertur ſupra omnis amorũ fabulas teſte Gellio/ſepulchrũ memoratiſſimũ dignũq; numerari inter ſeptẽ omniũ terrarũ ſpectacula. Erat mauſolus nomẽ regis, & Tragediæ. Higinus author. Hadrianus Imp. Auguſtũ prædictũ emulatũ non lõge ab ipſa mole auguſta in Vaticano aliã pulcherrimã de ſuo nomine excitauit: in qua erat duplex ordo colũnarũ ſuperpoſitus/ut in nũmis Hadriani apparet/quas colũnas poſtea Cõſtantinus imperator ad eccleſias apoſtolorũ Petri & Pauli trãsferri iuſſit. Apd quã molẽ erat põs præſtãtiſſimi operis: fuerat enim illic tectũ columnis exitatũ quadraginta duobus marmoreis/opere trabibus ſfabricato tectura ænea ornatu mirifico/ut ipſa ueſtigia demõſtrat. In dicta mole ſunt nõnullæ inſcriptiones imperatorum. s. IMP. CAES. DIVI TRAIANI. PART. F. Diui Neruæ. Nepoti. Traiano Hadriano Aug. Pont. Max. Trib. pot. xxiii. imp. Cæs. Cutaleus Hadrianus Ant. Aug. pius. Pont. max. Trib. potes ii. Cos. Deſi. iii. PP. parentibus ſuis. Alia inſcriptio ibidem. IMP. CAESARI. L. Aurelio Vero. Aug. Armeni. ac Med. Parthic. Põtific. Tribunic. Pot. ix. imp. v. Cos. iii. P. P. Eſt & alia inſcriptio ibi ppe. IMPERATORI Cæſari Diui Marci Antonini. Pii. Germanici. Sarmatici filio, Diui pii nepoti/Hadriani pnepoti. Diui Traiani Partic. Abnepoti. Diui Neruæ Abnepoti. Lutio Aelio Aurelio Commodo,

Auguſto. Sarmatico.Germanico.Maximo.Britannico. Pontifici Maximo. Tribunitiæ Poteſtat.xviii. imperat. viii. Conſul. VII.Patri Pater Pat. Sunt & aliç inſcriptiones,ut dicam in epithap.opu. ¶In qua mole uiſuntur Boum capita & alia q̃ plura mirabili artificio ſculpta:de inſtauratione eius nonnulla dicam inferius de noua Vrbe. Apud eccleſiam s.Mariæ populi eſt moles quadrata diſpoliataq; marmoribus non lõge ab Auguſta uulgo ſepulchrum matris Neronis:quæ moles fuit ſepulchrum Marcelli.F.Auguſti.Non longe ab ipſa mole erat ſepulchrum Neronis Ebore exornatum. Quod Aegloge & alexandria nutrices/& Attia concubina gentili Domitiorum monumento condiderunt/quod proſpicitur/ut inquit Suetonius/e campo martio impoſitũ colle Hortulorum/in quo ſolium porphiretici marmoris ſuperſtanti lunenſi ara circumſeptum erat lapide Thaxio:eadem confirmat Spartianus ueſtigia cuius extant in uinea contigua eccleſiæ ſanctæ Mariç populi/in quo loco bis fui cum Iacobo de ceccharinis Vghubiñ. poſſeſſor uineæ.Non longe ab eccleſia ſanctorum.xii. apoſtolorum in lapide marmoreo putei apud eccleſiam.ſ. Andreæ uiſuntur inciſæ litteræ infraſcriptæ.

Sepulchrũ Marcelli. Aug. de quo virg. Tu Marcellus eris. &c. Sepulchrũ Neronis i[n] colle hortulor[um].

OSSA.

TI.CAESARIS.Diui Aug.F.Augu.Pont. Maximi.Trib.Pot.xxxix.imp.viii.Cos.v.

Ante ædes Conſeruatorem in lapide marmoreo.

OSSA.

NERonis Cæſ.Germanici.Cæſaris.F.Diui Augu. Pron.Flamin.Auguſtalis Queſtoris.

In alio lapide ibidem propinquo marmoreo.

OSSA.

AGRIPPINAE.M. Agrippæ Diui auguſti Neptis uxoris Germanici cæſaris matris.C.cæſaris augu.Germanici principis. Omitto multa ſepulchra cum epithaphiis quæ ſunt in Vaticano,& uia flaminia,ſalariaq;,& appia /ut dicam in opuſculo epithaph.nōnulli faciebāt ſepulchra in modum ſacelli/alii extruebant pyramides & molles/nōnulli uero columnas memorādas/de quibus mentionem facit.Bap.leo.lib.viii.

De Septizonio & nonnullis epithaphis.

s Eptizonium eſt inter palatium & eccleſiam ſancti Gregorii/ut adhuc tris ordines columnarum ſuperpoſiti cernūtur non longe a Circo maximo:apud quē locum ſepulchrum ſeueri aphri imp. fuiſſe dicunt: de quo Iulius capitolinus in uita ant.æte. F.ſeueri ſcribit:illatus eſt maiorꝝ ſepulchro/hoc eſt ſeueri/quod eſt in appia uia eūtibus ad partē dexterā ſeptizonii: quod ille ſibi uiuens ornauerat. Spartianus uero dicit: Cum ſeptizoniū faceret/nil aliud facere cogitauit/ꝗ ut ex aphrica uenientes ſuū opus cernerent,& mediū ſimulachrū eius locatū additum palatinis ædibus.is regium arcum ab ea parte facere uoluiſſe perhibet: & ab auruſpicibus prohibitus/apud quod erat tēplum ai loquentis in uia noua,teſte Cicerone/in quo loco faſciolæ petri ceciderūt. Septizoniū templū cōditum a ſeuero imperatore:qui cum uidiſſet in Vrbe omniū deorum eſſe templa,hoc uoluit ad honorem ſeptem planetarum:qui per hebdomadæ dies exprimūtur condere / appellauit illud ſepti-

ſepulchrū ſeueri.

ceciderūt faſciolæ Pet.

zonium a ſeptem zonis. Nonnulli ſeptodiũ uocãt a ſe-ptem uiis/legimus Eliogabalum latiores & digniores uias ſtrauiſſe ſaxo macedonico & porphiretico/ teſte bap.leo. ¶ Fuitq; hoc unũ inter ſeueri opera pub.nu-meratũ. Seuerus eni imp. ædificiis pub.urbem ipſam multis in locis exornauit /ut legitur apud ſpartianũ /in quo loco adhuc uiſuntur nõnullæ cubitales litteræ di-rutæ. Aug.trib.Pot.vi.Cos.fortiſſimus nobiliſſimuſq;. Apud domũ coruinã in loco qui corrupte dicitur ma-cellũ coruorũ, ſunt infraſcripte litteræ in lapidibus Ty-burtinis inciſæ. C.POLITIO.L.F.BIBVLO.AED. PL.Hon.Virtutiſq; Caussa. Senatus econſulto Popu-liq; iuſſu locus monumento. Quo ipſe poſteriq; eius inferrentur publicæ datus eſt. Ab alia parte ſunt litteræ pdictæ iterũ inciſæ. In lapide fracto apud colũnã Co-cl.ant.uidi has litteras. NON Enim Quicquam eſt quod imperatorẽ ro.melius cõmendet gentibus/quã cle-mentia. Hæc cæſarẽ deum fecit: hæc auguſtum conſe-crauit. hæc ant.Pii nomine ornauit. ¶ De aliis epytha-phiis antiquorũ Ro: nullã nunc facio mentionẽ: uidi nanq; libellũ Io. Vectorii clerici Vulterani/in quo non-nulla collegi/ut dicam in opuſculo Epytaphiorum.

Septodium. Domus Coruina. clementia Imperat.

De obeliſcis & methis.

Est autẽ Obeliſcus lapis aſperrimus maculiſq; cir-cum ornatus, in figuram methæ cuiuſdã ſenſim ad proceritatem cõſurgens excelſam: utq; radium imi-tetur, gracileſcens paulatim ſpecie quadrata in uerticem productus anguſtũ, manu leuigatus artificis, in nõnul-lis uero innumeræ formarũ notæ apparẽt undiq; iciſæ

Adrianus tranſtulit obeliſcos ex egypto.
Obeliſcus in circo maximo.
Obeliſcus in Campo Martio.
Obeliſcus in vaticano.
Obeliſci duo apud sepulchrum aug. qui tempore Leo. pp. x. fracti inventi et effossi fuerunt: et adhuc iacent ibi in via publica.

De quibus Cornelius Tacitus air. Primi p figuras ani- malium ægiptii ſenſus mentis effingebant, & antiquiſſi- ma monumẽta memoriæ humanæ impreſſa ſaxis cer- nuntur. ❡ Octauius autem aug. teſte amiano ab He- lipolitana ciuitate ægipti duos tráſtulit obeliſcos: quo- rum unus in circo maximo a rege Semneſerteo exciſus / & alter qui á ſeſoſtride factus fuit, in campo locatus eſt martio. ❡ Obeliſcus conſtitutus in circo maximo, erat ped. cxxviii. præter baſim eiuſdem lapidis: qui adhuc ibi- dem in hortis predicti circi fractus in duas partes terra obrutus eſt. ❡ Obeliſcus uero campi martii erat ped. ix minor prædicto: cui diuus auguſtus addidit mirabilem uſum ad deprehendendas ſolis umbras dierũq; ac no- ctium magnitudines teſte Plinio: Manlius mathemati- cus apici auratam pilam addidit / cuius uertice umbra colligeretur in ſemetipſam: adhuc fractus iacet apud ec- cleſiam. ſ. Laur. in lucina. ❡ Obeliſcus autem Vaticani in circo Nerõis a C. cæſare calicula poſitus ex omnibus unus eo tẽpore fractus in mollitione eius: ut nunc uide- tur / aliis uero iacentibus ſolus erectus ſtat ſuper baſim eiuſdem coloris / altitudo cuius eſt pedum lxxii. in quo ſemideletæ litteræ ab una parte uiſuntur. ❡ Diuo Cæ- ſari Diui Iulii. F. Auguſto. F. Cæſari diui Auguſti. F. Auguſto Tyberio Sacrum. Eſt & & alia inſcriptio ab altera parte. s. ❡ Diuo Cæſari Diui auguſti. F. auguſto Tyberio Sacrũ. In cuius ſũmitate pila deaurata poſita ẽ. Erant præterea Obeliſci duo apud Mauſoleum augu- ſti longitudine ped. xliiii. équibus unus adhuc in Vinea buſalorũ iacet confractus / non longe á porta pinciana.

¶Erat Obeliſcus maior omnibus/quem diuus augu- ſtus miraculi gratia aduexerat/puteoliſq; naualibus p petuum dicauerat. Diuus uero claudius per aliquot an- nos aſſeruatum eum/quem pdictus. C. importauerat: omnibuſq; nunq̄ in mari uiſa ſunt perductum Hoſtiā portus faciendi gratia mergi: quo experimento palam fuit/non minus aquarum huic amni eſſe/q̄ Nilo. Tamē iſdem Tyber eſt/ ſed tot aquæ ductus ubi nam ſunt/ ad quem ſuperabundantes aquę confluebant. Erant præterea in urbe ipſa Obeliſchi minores uariis figuris & carath. exornati numero xlii. ut in multis locis non nulli adhuc apparent. Non longe a mole Hadriana erat Metha/quam Alex. ſextus Pont. deſtruxit/ut uiam aperiret: ueſtigia cuius adhuc extant apud eccleſiam. ſ. ma- riæ tranſpontinæ/quā (ut plutarcus ait) Scipionis fuiſ- ſe ſepulchrum in pyramide ſub Vaticano/quãuis non- nulli ſepulchrum æpulonum fuiſſe comprobēt, ab nul- go Romuli Metha dicitur: alia uero apud auentinum Remi appellatur. Eſt & metha ſeu Pyrrhamis prope portā. ſ. Pauli mœnibus Vrbis iſerta/nobile ſepulchrū C. Ceſtii vii. uiri æpulonū. Quod opus abſolutum ex teſtamento C. corn. diebus cccxxx. in qua ſunt ſculptæ infraſcriptæ litteræ ab una parte. C. CESTIVS. L. F. POPVLO. PR. TR. PL. VII. VIR. EPVLONū. Sūt & aliæ litteræ minores īciſæ cū ſupradictis ab alia parte uidelicet. Abſolutū Ex Teſtamēto diebus cccxxx.

ARBITRATV.

Ponti. p. E. Clamelle heredis. Et pothi. L. Tamen tua beatitudo ut alter cæſar in āpliādo īperio/exornandaq;

Obeliſcus o[m]ibus maior

Non minus aqua[rum] Tyber q̄ Nilo.

Obeliſci minores xlij

Metha quam diru[tam] uidi:

Scipionis ſepulchru[m].

Sepulchrū. C. Ceſtij.

urbe gloriari poteſt. Gloriari enĩ ſolitus erat Dius Aug. cæſar urbẽ ſe marmoreã reddere: quã Lateritiam acceꝑiſſet/ cuius ſuaſu cũ gener agrippa. aſinius pollio. Plautius & Cornelius balbus reliquiq; amici eã uariis operibus exornaſſẽt/ ut noſtro tempore ſyxtus fecit/ & tua beatitudo cũ Dominico Ruero & Raphaelle Riario/ Fatioq; Viterb. Cardinalibus additis Franciſco ſotherino. & io. de medic. flor. & aliis amicis tuę ſanctitatis ad ornamẽtũ & utilitatẽ Vrbis nouæ, & ſanitatẽ corporis: nõ enĩ quotidie peſtis in Vrbe/ ut prius/ paſſim audit/ purgatis uiis ac dilatatis gratia domini noſtri Iheſu Xp̃i/ qui Iuliũ paſtorẽ ii. conſeruet cum omnibus ſuis./

De carcere pub.

c Arcer á cohercẽdo/ quod exire ꝓhibetur. Erat carcer á Tullio rege in radicibus capitolii ſuper forum Ro. uerſus ſeptẽtrionem conſtructus/ & ab ipſo Tullio carcer Tullianus dicitur/ q̃uis & Mamertinus poſtea á memertinis populis appellatus ſit/ in quo loco poſtea fabricata fuit eccleſia/ quæ hodiæ ſancti Petri in carcere nominatur/ ſupra porta cuius ſunt litteræ cubitales tyburtino lapide inciſæ cum hac inſcriptione ſcilicet. C. Vibius. C. F. R. Enius M. Cocceius. M. F. Neru Seq̃ẽtes litteræ ſunt calce & pictura coopertæ/ ex altera parte capitolii uerſus meridiem ubi nunc eſt eccleſia ſ. Nic. in carcere fuit poſtea ædificatus carcer/ & á Claudio. x. uiro: quem appellauit carcerem plebis Romanæ: in quo loco erant Latomiæ, & lapicidinæ, & atriũ Titium á Catone cenſorino extructũ/ qui & martium edificauerat/ teſte Liuio de bello macedonico. Latomia lo-

cus erat in carcere tulliano teſte Varrone/Liuius lib. xxxvi.ſcribit. Triũuiri carceris latomiarum intentiorem cuſtodiam iuſſi.& Sabinium in Latomias fuiſſe damnatum ſcribit Seneca lib.ix.erat & carcer apud eccleſiã ſancti Laurentii in fontana/& in aliis locis Vrbis.

Sabinus ad latomias danatus.

De legibus & tabulis æneis:

IN Vrbe multæ fuerunt leges/ut inquit Põ.læt.in opuſculo de magiſtratibus.Lex aquilia ab ipſo aquilio lata de dolo & fraude. Lex Cynthia a Cÿthio, nequis pecuniã ob cauſam orandã acciperet. Cornelia lex a cornelio lata.Fabia lex á Fabio producta.Lex frumentaria a Sempronio Gracco lata. Erat & flauia & Iulia/Manlia/Papia/ & Gabinia/& aliæ leges q̃ multæ á latoribus nominatæ. In ærario & in templo iouis Capitolini:ut ſupra diximus: multæ extabãt æreæ tabulæ affixæ:e quibus unam tantum noſtro tempore in lateranenſi baſilica proſpexi apud Tabernaculum ſacratiſſimi corporis Chriſti:latitudo cuius ped.iiii.longitudo uero.vi.in qua continentur infraſcripta. Fœdus ue cũ quibus uolet facere liceat,ita ut licuit Diuo Aug. Ti.Iulio cæſari Aug. Tyberioq; Claudio Cæſari Aug. Germanico,Vtiq; ei Senatum habere/relationẽ facere/remittere,ſenatus conſulta per relationẽ diſceſſionẽq; facere liceat,ita ut licuit Diuo Aug. Ti.Iulio cæſari Augu. Ti.Claudio Cæſari Aug.Germanico. ¶Vtiq; cum ex uoluntate/auctoritate ue iuſſu,mandatu ue eius preſente ue eo Senatus habebitur,omnium rerum ius perinde habeatur,ſeruetur,ac ſi é lege ſenatus edictus eſſet, habereturq;. Vtiq; Cos.magiſtratum poteſtatẽ,impe-

Aquilia.
Cynthia.
Cornelia.
Fabia.
Frumentaria.
Flauia. Iulia.
Manlia.
Papia.
Gabinia.
Tabule ereę.

rium,curationem ue cuius rei petentes ſenatui populoq́ꝫ Ro.cõmendauerit. Quibus ue ſuffragationẽ ſuam dederit, promiſerit eorũ comitiis quibuſq́ꝫ / extra ordinem ratio habeatur. Vtiq́ꝫ ei fines Pomerii proferre/promouere cum ex republica cẽſebit eſſe, liceat, ita,ut licuit. Ti. Claudio cæſari. Aug. Germanico. Vtiq́ꝫ quęcũq́ꝫ ex uſu rei publicæ maieſtate diuinarũ, humanarum, publicarũ, priuatarũq́ꝫ rerum eſſe ecenſebit,ei agere,facere ius poteſtaſq́ꝫ ſit, ita uti diuo Aug. Tiberioq́ꝫ Iulio cæſari Aug. Tiberioq́ꝫ claudio cæſari aug. Germanico fuit. Vtiq́ꝫ quibus legibus plebei ue ſcitis ſcriptũ fuit,ne Diuus augu. Tiberius ue Iulius cæſar aug.tiberiuſq́ꝫ claudius cæſar aug. Germanicus tenerẽtur/ iis legibus plebiſq́ꝫ ſcitis Imp. Cæſar Veſpaſianus ſolui iuſſit q̃q́ꝫ ex quaq́ꝫ lege rogatione diuũ aug. Tiberium ue Iulium cæſarem aug. tiberium ue claudium cæſarem aug. germanicum facere oportuit/ea omnia imp.cæſari Veſpaſiano aug. facere liceat. Vtiq́ꝫ quæ ante hanc legẽ rogatam acta/geſta, decreta ab iperata ab imperatore cæſare Veſpaſiano Aug. iuſſu mandatuq́ꝫ ue eius a quoq́ꝫ ſunt/ea perinde iuſta rataq́ꝫ ſint/ac ſi populi plebis ue iuſſu acta eſſẽt. Quæ quidem omnia beatiſſime pater in rigis lineatis ſeu proſſarum uerſibus.xxxii.inciſa continentur. Sunt & alia uerba in eadem tabula ſculpta in lineis quinq́ꝫ uidelicet.

SANCTIO.

Siquis huiuſce legis ergo adherſus leges,rogationes,plebis ue ſcita/ſenatus ue conſulta fecit/fecerit,ſiue quod eũ ex lege,rogatione,plebis ue ſcito, S. ue. C. facere portebit, nõ fecerit/huius legis ergo id ei ne fraudi eſto,neue quid

ob eam rẽ populo dare debeto/neue cui de ea re, actio
ne ue iudicatio eſto/neue quis de ea re apud. ei ſintio.
Omittitur particula ex anguli fractura.
Io.an. Viterbienſis in.iiii.eius inſtitutione de exciſis me
moriis mentionẽ facit de ſex tabulis dicens. Sex tabulæ
memoratu dignæ exciſæ marmoribus extant de anti
quitate, & rebus Ethruriæ. Duæ ſunt. Lybiſcillæ. Duæ
cybelariæ. Vna tuſcanieſis/& altera libana/& q̃ ſequũt.

De laudibus nonnullorum. Ro.

a Nimi præſtantiſſimũ arbitror inquit plinius. C.
cæſarẽ dictatorẽ. Nec uirtutẽ cõſtantiãq; nunc cõ
memoro: nec ſublimitatẽ omniũ capacẽ/quæ cælo cõ
tinentur: ſed proprium uigorem celeritatemq; quodam
igne uolucrum/ſcribere,/& legere, ſimul dictare, & audi
re ſolitum accepimus: epiſtolas uerũ tantarum rerum
quaternas pariter librariis dictare/aut ſi nihil aliud age
ret ſeptenas. Idẽ ſignis collatis quinquagies dimicauit:
Solus enim Marcũ marcellum tranſgreſſus/qui unde
quadragies dimicauerat. Nam præter ciuiles uictorias
undecies centum & nonaginta duo milia occiſa præliis
ab eo nõ quidẽ in gloria poſuerim. Tantã etiã cohactã
humani generis iniuria/quod ità etiã confeſſus eſt ipſe:
bellorũ ciuilium ſtragẽ non pro nõ prodẽdo: ut iuſtius
Põpeio Magno tribuatur: octingentas quadraginta ſex
naues pyrrhatis ademiſſe: cæſari ꝓpriũ & peculiare fuit
præteriã ſupradicta clementiæ inſignia/cui cõparari nõ
poſſit aliud. Spectacula enĩ edita effuſaſq; opes, aut ope
rũ magnificẽtia ĩ hac parte enumerare luxuriæ fauẽtis
eſt. illa fuit uera & ĩcõparabilis inuicti animi ſublimitas

Laus ceſaris.

Quinquagies collatis ſignis dimicauit.

.C. nonaginta duo mil. ab eo prælijs occiſa.

Peculiare. Ceſ. clementia

captis apud pharſaliã Pompei magni ſcriniis Epiſtola-
rum:iterũq; apud Tapſum Scipionis ea optima con-
Laus Pomp. Magni.
cremaſſe ſide/atq; nõ legiſſe. ¶ Sequũtur uerba Plinii
in Põpei magni laudẽ: Verũ ad decus imperii. Ro. non
ſolũ ad uiri unius pertinet Victoriã: Pompei magni ti-
tulos omnes triũphoſq; hoc in loco nuncupare/ æqua-
to non modo Alexandri magni rerũ fulgore: ſed etiã
Herculis prope ac liberi patris. igitur Sicilia recuperata/
unde primũ ſyllanus in rei pub. cauſa exoriens auſpica-
tus eſt. Aphrica uero tota ſubacta, & indictionẽ reda-
cta: magniq; nomine ſpolium inde capto eques Roma-
nus, id quod antea nemo curru triũphali reuectus eſt:
& ſtatim ad ſolis occaſum trãſgreſſus, excitatis in pyre-
neo tropheis, oppida octingẽta. lxxvii. ab alpibus ad fi-
nes hyſpaniæ ulterioris in dictionem redactã uictoriæ
ſuæ aſcripſit/& maiore animũ ſertoriũ domuit, belloq;
ciuili. quod omnia cõcutiebat externa, extincto: iterum
triũphales currus eques Romanus induxit, totiens im-
perator/anteq̃ milles. Poſtea ad tota maria, & deinde ſo-
lis ortus miſſus, hos rettulit patriæ titulos, more ſacris
certaminibus uincentium: neq; enim ipſi coronãtur, ſed
patrias ſuas coronant. Hos ergo honores Vrbi tribuit
in delubro Mineruæ: quod ex manubiis dicabat. Gn.
Põpeius magnus imp. bello xxx. annorũ cõfecto, fuſis
fugatis/occiſis/in ditionẽ acceptis hominũ centies ui-
cies ſemel octoginta tribus millibus. Depreſſis aut ca-
ptis nauibus. dccccxlvi. Oppidis/Caſtellis mille quingẽ-
tis. xxxviii. in fidem receptis. Terris a Meothis lacu ad
Rubrũ mare ſubactis uotũ merito Mineruæ. Triũphi

[Marginalia:]
…pida. 877.
…ertorius domitus.
Pompei tituli uictoriarum.
…h. 1283000. et in deditionem accepti.
…es. 846. depressae seu captae.
…ida et castella. 1538. in fidem recepta

uero quem duxit. iii. Kal. Octob. M. Meſſalla & M. Piſone Cõſulibus. præfatio hæc fuit. Cũ oram maritimã a prædonibus liberaſſet: & imperiũ maris popu. Ro. reſtituiſſet/ex Aſia Pontho. Armenia. Paphlagonia. Capadotia. Cilitia. Siria. Scythis. Iudeis. Albanis. Hiberia. inſula Creta/Baſternis. & ſuper hæc de regibus Mitridate atq; Tyigãne triũphauit: ſumma ſummarũ in illo gloria fuit/ut ipſe in cõditione dixit/cũ de rebus ſuis diſſereret/Aſiam ultimã prouinciarũ accepiſſe: eandẽq; mediã patriæ reddiſſe. Si quis ẽcõtrario ſimili modo uelit percẽſere Cæſaris res/qui maior illo apparuit: totũ profecto terrarũ orbẽ enumeret/quod infinitũ eſſe cõueniet.

Mitridates & Tigranes.

Aſia media. Po. Ro. reddita.

¶ Sequũtur & uerba Plinii ubi agitur de Fortitudine L. Dẽtati: q Tribunus plebis fuit. Sp. Tarpeio A. Thermo Coss. haud multo poſt exactos Reges innumeroſiſſima ſuffragia habet centies uicies preliatus: octies ex prouocatione uictor. xlv. cicatricibus aduerſo corpore inſignis/nulla in tergo. Itẽ ſpolia cepit xxxiiii. donatus haſtis puris duode uiginti: phaleris xxv. torquibus tribus: & octogita armillis. cly. coronis. xxxvi. Cuneis. xiiii. Aureis. vii. Muralibus tribus. Obſiodonali una. Fiſco æris x. Captiuis xx. millibus. Imperatores nouẽ ipſius maxime opera triũphãtes ſequutus. Prætereo quod optimũ in operibus eius reor uno ex Ducibus. T. Romulo ex cõſulatu ad populũ cõuicto male acti imperii rei militaris: haud maiora forent Manlii Capitolini decora/ni perdidiſſet illa exitu uitæ/antæ xxii. annos bina ceperat ſpolia. primus omniũ eques Coronã muralẽ acceperat. vi. Ciuitas. xxxvii. Dona. xxxiii. cicatrices aduerſo corpo

L. Dentati laus.

Manlij Capitolini lau

re exceperat. P. Seruiliũ magiſtrum equitũ ſeruauerat: ſi nõ regno ſuo ſeruaſſet. Verũ ſunt in his quidẽ uirtutis opera magna: ſed maiora Fortunæ. M. Sergio ut equidẽ arbitror nemo queq̃ hominũ iure prætulerit: licet pronepos Catilina gratiã nõ derogarit. Secundo ſtipẽdio dextrã manũ perdidit. Stipẽdiis duobus ter & uicies uulneratus eſt: ob id nã manu neutro pede ſatis utilis uno tãtũ ſeruo plurimis poſtea ſtipẽdis debilis miles bis ab Hãnibale captus: neq; enim cũ quolibet hoſte res fuit. bis uinculorum eius profugus xx. mẽſibus nullo nõ die in cathenis, aut cõpedibus cuſtoditus: ſiniſtra manu ſola quater pugnauit: duobus equis ſuffoſſis Cremonã ab obſidione exemit. Placẽtiam tutatus eſt: duodena hoſtiũ caſtra in gallia cæpit / quæ omnia ex Oratione eius apparent habita, cũ in prætorio ſacris arceretur á collegiis, ut debilis. Quos hic coronarũ aceruos conſtructus hoſte mutato. Etenim plurimis refert inique cuiuſq; uirtus tẽpora inciderit: quas Trebia / Ticinuſq; / aut Traſimenus ciuitas coronas debere? Quæ cannis corona merita / unde fugiſſe ſummũ opus fuit. Cæteri profecto uictores hominum fuere / Sergius uicit etiam fortunã. Ingeniorũ gloriæ quis poſſet agere delectum per tot diſciplinarũ genera / & tãtarum rerũ operumq; uarietate? niſi forte Homero uate græco nullum feliciorem extitiſſe conuenit, ſiue operis fortuna / ſiue materia extimetur. De uiris peritis & excellentiſſimis. Ro. lõgum eſſet narrare. Opera eni illorum adhuc extant.

M. Sergij laus max.

De diuitiis Ro.

m Arcus Craſſus negabat diuitem, niſi qui reddituु

annuo legionem tueri poſſet. ſcribit enim Plinius lib.
xxxiii. C. Aſinio Gallo. & C. Mario Cyrino. Coſ. vi. Kl.
Feb. Caius cecilius claudius Iſydorus teſtamento ſuo
C. cecilius Claudius
edixit/q̃uis multa ciuili bello perdidiſſet/tamen reliq̃ue-
re ſeruorũ quattuor millia centũ ſexdecim. Iuga boum
tria millia ſex centa: reliqui pecoris. cc. quinquaginta ſe-
ptem mill. innumerato pondo ſex centa millia/qui fu-
nerari ſe iuſſit ſextertiis undecim millibus. Caluus uero
orator querebatur uaſa coquinaria ex argento fieri: at
nos dicit. Plinius Carrucas ex argẽto cęlare inuenimus/
Carrucas ex argento celare et lecti operiri argento
& lectos mulierum iam pridem totos operiri argento/
& Triclinia quædã quibus argentum addidiſſe primus
traditur Caruilius folio eques Ro. Idem & aureos fecit
Caruilius Folio
lanceſq; cẽtenis lib. argenti/quas tunc ſuper quingẽtas
numero Romæ fuiſſe cõſtat; & alia multa incredibilia.
Narrat deniq; Plinius lib. xxxvii. Auctoritatẽ Catulli
poetæ uidentis conſulẽ ciuẽ dicens Auuſq; Seruilii No-
niani, quẽ conſulem uidimus illeq; proſcriptus fugiens
hũc e fortiſſimis ſuis omnibus Annulũ abſtulit ſecũ/
quẽ certum eſt ſextertiis uiginti millibus extimatum.
Quid præterea dicendum eſt de P. Clodio/quẽ Milo
P. clodius.
occidit, ſextertiis cẽtum quadraginta ſeptẽ millibus do-
mo empta habitaſſe. Itaq; & ipſum Milonem ſextertia
Milo.
ſeptingenta millia æris alieni habuiſſe. Omitto multa
dę Cæſare Aug. de quo Suetonius ait. Aedes ſacras ue-
Augustus Cesar.
tuſtate collapſas aut incẽdio aſſumptas refecit: eaſq; &
cæteras opulentiſſimis donis adornauit / utpote qui in
cellã capitolii Iouis ſexdecĩ millia põdo auri gẽmaſq; ac
margarittas quĩgẽties ſextertiũ una donatione cõtulerit;

¶ Quid dicã de nobiliſſima & potẽtiſſima Fabiorũ familia/quæ propriis ſumptibus bellũ contra Veientes ſũmens in uno conflictu ſex ſupra trecentos eiuſdẽ fa-miliæ milites patritii ordinis uiros amiſit? Diues apud Romanos habebatur:qui exercitũ.Ro.poterat ex pro-priis alere ſũptibus/pro ut.M.craſſus aluit/& alii q̃ plu-res fecere. Quis præterea in Italia eſt beatiſſime pater Iuli noſtro tẽpore princeps,ſeu ciuis tã potẽs/tantaq̧ ꝑ-ditus ſupellectili.ut erat Lucullus ipſe Romanus/quem cicero Xerſem appellauit/qui ad uiginti quinq̧ mil.ho-minũ honorifice ſuſcipere poterat: nec tamẽ Lucullus ſolus ea in Vrbe diues habebatur,teſte Plinio / cũ etiã uiginti ciuium millia,& eo amplius in Vrbe Romana fuiſſent/qui cũ Lucullo de diuitiis cõtendere potuiſſent. Clodius uero Aeſopi tragedi filius Romæ ſingulos uniones ac precioſiſſimas margaritas i cõuiuio magni-ficẽtiæ cã ad ſorbendũ dedit. Ancus autẽ Martius ſalis modios ſex millia in cõgiario dedit.Po.Ro.qui primus ſalinas inſtituit.T.petronius iuris conſultus moriturus inuidia Neronis principis/ut menſam eius exhæredaret, Trullam murinam trecentis ſextertiis emptam fregit. Sed Nero (ut par erat)principes uicit omnes.cccc.ſex-tertiis fragmenta emit/& cupidinem unã parauit,q̃ po-taret.Omitto Trullam criſtallinam centum quadragin-ta millibus emptã a matre familias nec diuite: Opera ip-ſa ædificiorum diuitias.Ro.ciuium demonſtrarunt.

Lucullus.

De nonnullis triumphantibus.

I Vlius cæſar quinquies triũphauit:Primus excellẽ-tiſſimus triũphus fuit gallicus.Sequentẽ uero egit

Alexandrinũ. Deinde pōtum/Proximũ Aphricanum/ Nouiſſimũ uero Hyſpaniēſem diuerſo queq; apparatu. aſcēditq; capitoliũ ad lumina. xl. Elephantis dextra atq; ſiniſtra Lychnos geſtātibus/teſte Suetonio/Pontico Triũpho inter pōpæ fercula triũ uerborũ ptulit titulũ. VENI. VIDI. VICI. Quid dicā de Pompeio Magno: qui primus triũphans Myrrhina uaſa inuenit, ſexq; pocula ex eo triũpho capitolino Ioui dicauit/quæ primũ ad hominũ uſum trāſiere. Abacis etiā eſcariiſq; uaſis ide expetitis. Excreuitq; in dies eius rei luxus. Myrrhino. lxxx. ſextertiis tres Pōpeius ipſe magnus in tertio Triũpho tranſtulit alueũ cum texaris luſorium e gēmis duabus latũ pedes tres lōgum uero ped. iiii. & lunā aureā pōdo. xxx. milliũ: tactos triclinares tres: uaſa ex auro & gēmis abacorũ nouē: Signa aurea tria. Mineruæ matris & Apollinis/coronis ex margaritis. xxxiii. Montem aureũ quadratũ cũ ceruis & leonibus & pomis omnis generis circundata uitæ aurea. Muſeũ ex margaritis, in cuius faſtigiũ horologiũ erat cũ imagine. GN. Pōpeii e margaritis/& alia q̄ plura ſpolia aurea. Omitto triumphum Scipionis Aphricani: qui teſte Liuio lib. xxxii. in triũpho ſuo argēti pondo cētum millia xxii. in pub. ærario poſuit ad urbēq; ſtatuas pulcherrimas, & īfinitam predā perduxit. Paulus Aemilius ex uetuſtiſſima Aemiliorũ patritiorũ familia poſt uictoriā de hugubris habitā profectus eſt cũ exercitu cōtra Perſeũ Macedonũ Regē: ipſum tādē cũ filiis ac filia captũ cum uniuerſo theſauro Macedoniæ Romā deduxit: cui S. P. Q. R. Preparauit triũphum. Omnia tēpla Vrbis aperta erāt

ſertis & floribus exornata/& in omnibus locis Vrbis per quæ trãſiturus erat arcus lignei/ triũphales fabricati uariis ornamẽtis erecti fuere. Prima enim die uix Signis,Figuris,Colloſsis/Tabulis trãſmittendis ſuffecit.

¶ Secunda uero die Macedonũ arma multis curribus delata fuere,ſicut erãt ſcuta,galeæ,Thoraces,Ocreæ,oĩa ex auro adornata.Poſt hæc autẽ in curribus ſequebantur uiri,qui nũmiſmata ferebant argentea in uaſis.cccl. Quodlibet enĩ uas erat triũ talentoꝝ:quattuorq; uiri ſingula uaſa regebant: alii uero crateras/phialas argenteas/ornatiſsimosq; calices aureos deferebant. Tertia uero die ſtabant Tibicines claſsicum & bellicũ ſonum dãtes:poſt quos.cxx.boues albi deauratis cornibus uictis & ſertis ornati ducebantur cum patenis & uaſis ſacrificandi. Poſtea uero ſequebantur & uiri,ut ſupra/portantes aurea nummiſmata in uaſis numerus uaſorũ trium Talentorum fuit.lxxxiii.cum aurata fiala decẽ Talẽtoꝝ pretioſis margarittis exornata/cum aliis q̃ pluribus uaſis aureis,magni põderis lapis ptioſis adornati . Poſt hæc erat ornatiſsimus Perſei Regis deuicti currus cũ ſpoliis/ & diademate,cum armis eius in altum extenſis. Poſtea uero Darius & Alexander Regis filii cum pedagogis & alumnis fortunium ſuum pro ætate non intelligentes: quos pulcherrimos paruulos ad lachrimas Senatus populusq; uniuerſus præ gaudio comotus eſt:omniſq; turba regis filios & filiam ad miſericordiam cõuerſa eſt. Ipſe uero Perſeus rex poſt filios demiſsa facie trepidus, ac turbatus incedebat: poſt quem amici eius & duces & potẽtes & familiares ibant moeſti & lachrymãtes:ut

ſpectaculum letitiæ & doloris uiſum eſt: uictores & ui⸗
cti lachrymabantur. Poſt eum aureæ coronæ deferre⸗
bantur: quas á ciuitatibus Græciæ Aemilius dono acce⸗
perat: numerus enim coronarum erat. cccc. Poſtremo
uero Aemilius ipſe triumphans uictor, ornatiſſimo cur⸗
ru inuectus ſequebatur, purpuram auro contextam in⸗
dutus, laureatus, lauriq́ ramuſculum manu dextra ge⸗
rens: quem trahebant quattuor equi candore certantes
cum niue. Milites uero ſubſequebantur in ordine canē⸗
tes patria carmina ſalibus permixta: nōnulli uero Aemi⸗
lii laudes & uirtutes currum ſubſequebantur captiuitate
liberati, raſo capite, & pileati, deíde equites laureati. Erāt
ibidem & arma uictorum laureata in triumpho / qui
triumphabant coronam lauream cum perueniſſet ad
capitolium poſt ſacrificia ponebat in Iouis græmio.
¶ Iulianus imperator Romam cum triumpho uia flā⸗
minia ígreſſus, aureo carpento ciues obuiam factos mi⸗
ra benignitate inſpexit, & ueneratus eſt, dictitās illud Ci⸗
neæ Pyrrhi legati / uerū eſſe, tot ſe uidere Reges in urbe
Roma / quot ciues, populum romanum ad riſum cōci⸗
tauit, ꝙ porta urbis ígrediēs celſas & faſtigiatas arcusq́
triumphales præaltos & latos homo paruæ ſtaturæ ca⸗
put incuruaret, more anſerum / leſionē ueritus. Is prætere⸗
rea campū Martium cū admiratione ínſpiciens ſepul⸗
chrū Auguſti Cæſaris tot ſimulachris marmoreis &
Aeneis ornatū. Forum Ro. Iouis tarpei delubra, Ther⸗
mas, porticus in prouinciæ modū auctas, Amphiteatrū
Tyburtío lapide extructū, uariis picturis & ſtatuis ador⸗
natū tātæ altitudinis. Pātheon. Tēplū pacis / circū ma⸗

ximum/tot aquæ ductus.tot Arcus triũphales.tot ſtatuas per Vrbẽ ad ornatum poſitas, obſtupuit/ac tandẽ dixit.Naturam uires omnes in unã Vrbem effundiſſe. eadẽ uerba in noua urbe cæteris paribus ut alter Iulianus dicere poteſt. Si enĩ inſpitiamus palatia Pontificũ/ & ædes ſũptuoſiſſimas Cardinaliũ/adornataſq; uineas maximus ædificiis/picturis/& ſtatuis exornati obmitto pulcherrimas Domos & Vias ampliſſimas/& templa ipſa inſtaurata tẽpore Syxti cum põtibus & tuæ beatitudinis.tamẽ ut ad inceptum redeã prædictos triumphantes omnes tua Sanctitas ſuperauit.deuictis Potẽtiſſimis hoſtibus fidei Chriſtianæ expulſiſq; tyrannis Ciuitates eccleſiæ occupantibus:Primus triũphus tuæ ſanctitatis fuit de uictoria recuperatæ Bononiæ: quam Vrbem ingreſſus more triumphantium Sãctitas tua triũphali curru inuecta incedebat cũ hymnis & canticis præcædẽtibus proceſſionibus & magiſtratibus totius ciuitatis & uicinorũ oppidorum.Poſt quem exornatum triũphum ſubſequebãtur Cardinales Reuerendiſſimi numero xx.cum epĩs xliiii.& multis prælatis & curialibus.Erant & milites ipſi uariis armis exornati ueſtibuſq; ſericei auro cõtexto circũ ornati cũ inſignibus euerris. Inter quos erat Præfectus urbis & Senogalle nunc uero dux Vrbini nepos tuæ ſanctitatis cum exercitu eccleſiæ uariis armis exornatus. Erat & Nobiliſſimus Marcus Anto.Colũna capitaneus Po.Florentini cum multis Romanis uiris expertis.Erant & alii milites Floren.Bononienſes/& Peruſini/Piſtorieſes uniuerſo populo ſpectante cũ plauſu & lætitia cõclamãtes lu-

li iuli. Pater patriæ & conſeruator libertatis & Po. Bono
nienſis. ℭ Omitto Templorũ ornamẽta & Arcus triũ
phales per uniuerſam Ciuitatem erectos auro/ſertiſq; ex
ornatos cũ epythaphiis de liberatione patriæ a Tyrãni
ca ſeruitute. Omitto præterea laudes & carmina pluri
bus in locis afixa & recitata audiebatur undiq; Clãgor
tubarũ/& claſſicum ſonitũ & bellorũ ſtrumentorum.
Erant præterea nõnulli miniſtri tuæ ſanctitatis/qui pu
blice inter plebẽ ipſam ſpargebãt auream pecuniã & ar
gẽteã i ſignũ liberalitatis & magnificẽtiæ quod ipſi Ro
mani triũphantes in eorũ triũphis nunq̃ feciſſe legitur/
mirabilæ dictu/donec ad Tẽplum. ſ. Petri uentũ fuit/in
quo peractis ſolẽnibus ſacrificiis ad palatiũ poſtea uen
tum eſt: ubi & pecunia multa aurea i publica platea mi
litibus ſparſa fuit ſpectaculi gratia dataq; benedictione
unuſquiſq; gaudẽs ad propriam remeauit. die xi. menſis
Nouẽb. M.D.VI. quo anno & flores roſarũ & poma
& tẽpora extiua fuere e menſe decẽbrio. Et omnes Bo
nonienſes dicebant uere iullius pater eſt cœlorũ & Pla
netarum. Secũdus Triumphus fuit recuperatis eccleſia
ſticis rebus in ingreſſu magnæ urbis Romæ: ut tẽpla
omnia Vrbis apta uariis ſertis & floribus exornata erãt
uiæq; ipſæ arabicos odores ſpirabã: in quibus erãt ere
cti cõtinui arcus lignei auro exornati/colũniſq; de argẽ
tatis ſuffulti. Erat p̃terea ipſe arcus Domitiani i campo
martio adeo exornatus ac uariis ſtatuis & picturis iſtau
ratus a bona memoria Georgii car. Vlixbonẽſis & epi
portuẽſis ac ſi nouiter ipẽ Domitianus iterũ triũphaſſet
ℭ Omitto magiſtratus & officiales ac totã curiã Ro

cum proceſſionibus & Clero totius urbis:qui omnes in die palmarum/occurrerunt obuiã dicentes. Benedictus qui uenit in nomine domini liberator Vrbis & amplia/tor imperii conſeruatorq; libertatis eccleſiæ donec uen/tum eſt ad uaticanum in templo diui Petri Apoſtoli ut alias deo dante maiora de tua ſanctitate ſcribam.ac ter tium triumphum duobus prædictis in meliorẽ formã redactis addam/quod erit maximum de infidelibus ip/ſis ac perfidis maumethanis.

De magnitudine imperii & triumphis.

t Riumphus non idẽ ualet quod ouatio teſte Põ ponio Læto :qui dicit. Domitis multa cæde ho ſtibus habebatur triumphus/& boues cornibus aurea tis mactabantur:cum uero hoſtes ſine pugna & ſangui ne cum ducibus noſtris conueniſſent quoniam res per acta ſine cæde eſſet ouatio erat. Pedes ingrediebatur ur/bem:qui ſic uiciſſet ſine ferculorum pompa myrtho co ronatus una cum militibus tibicines ouantem præcede bant:quæ paciferæ choreæ inſtrumenta ſunt in ſacris mactabantur oues:unde ouationis nomẽ. In triumpho clangor tubarum. In ouatione uero concẽtus tibiarum ille martis.hic Veneris erat. Scribit præterea de magni tudine imperii Romani dicens. Ab ortu uſq; ad indos propagati imperii fines:non euphrates:non Tygris ue/tuere/nõ ſuperbæ regum Perſaꝝ minæ:a meridiæ Ae/thiopes per legatos adcerſere:ab Aquilone barbareæ fe ræq; legationes Sarmatarum domitæ/ab occaſu Gen/ſo riacus Oceanus admirabilis uictoriæ: teſtis eſt ſimul & Britãnicus. Igitur toto terraꝝ orbe undiq; Romana

arma illuſtres uictorias ad ſecuta ſociis lætititia præbuẽ re:rebellibus metũ terrorẽq̧ pugnare cupientibus. Porro Perſæ armis Ro. cedere cõfeſſi ĩtra poſitos terminos ſe tenuerũt. Vergilius nãq̧ Maro. Imperiũ ſine fine dedi. De ueneratione principũ Ro. beatiſſime pater ſcribere nõ audeo. dicit enim p̃dictus Põponius. Diocletianus uero Ro. pricipũ uictorioſiſſimus diuinos honores imperatoribus Auguſtis habẽdos præcepit: nã cum priores ut Cõſules ſalutarẽtur. Primus ipe uoluit adorari: uelut in eo eſſet cæleſtis maieſtas: fratrẽ ſolis ac lunæ ſe nũcupans. Imperatores antea manus exoſculãdas nobilibus præbebant: poſtea uero ſubleuebant ad oris oſculum/uulgus genua exoſculabatur. Diocletianus edicto ſanxit uti omnes ſine geberis diſcrimine proſtrati pedes exoſcularẽtur/quibus etiã uenerationẽ quãdã adhibuit exornãs calciamẽta auro & gẽmis & margaritis/ quod feciſſe ante C. Calliculam memorant. de triũpho domitian. parpulchre ſcripſit Põponius lib. ii. Quid plura? Auguſtinus tres uidere uoluiſſe dicitur 1. Romam triũphãtem. Paulum prædicantem/& Chriſtum in carne.

De laude ipſius urbis.

d E urbe Roma multa dicenda forent. paucis tamen uerbis expediam. Dicit. n. Plin. lib. iii. Nec ignoro ingrati ac ſegnis animi exiſtimari poſſe merito ſi breuiter atq̧ in trãſcurſum in hunc modum dicatur. Terra omnium terrarũ alũpna eadem & parẽs numine deum electa quæ cælum ipſum clarius faceret ſparſa cõgregaret ĩperia: rituſq̧ moliret/& tot populo℞ diſcordes feraſq̧ linguas ſermõis cõmertio cõtraheret ad colloqua

& humanitatẽ homini daret/ breuiterq̃ una cunctarũ gentium in toto orbe patria fieret. Et quid agam tanta nobilitas omniũ locorũ/quos quis attigerit? tanta rerũ ſingularũ populorũq̃ claritas tenet. Vrbis Roma uel ſola i ea & digna etiã teſta ceruice facies/quo tãdẽ narrari debet operet Et qualiter Campaniæ ora per ſe fœlixq̃ illa ac beata amenitas/ut palã ſit uno in loco gaudẽtis opus eſſe naturæ. Iam uero tota uitalis ac perhennis ſalubritatis cœli tẽperies eſt tã fertiles cãpi:tam aprici colles/tã innoxii ſaltus:tã opaca nemora:tam munifica ſiluarum genera:tot montiũ afflatus/tanta frugum & uitium olearumq̃ fertilitas:tanta nobiliũ peccorum uellera:tot optima thauris colla:tot lacis/tot amnium/fõtiũq̃ ubertas totã eam perfundens tot maria/portus: gremiũq̃ terrarũ cõmertio patens undiq̃/& tanq̃ ad iuuãdos mortales ipſa auida in mare ꝓcurrens:neq̃ ingenia rituſq̃ ac uiros & lĩgua manuq̃ ſupatas cõmemoro gẽtes:ipſi de ea iudicauere græci/genus in gloriã ſuã effuſiſſimum quotã partẽ ex ea Græciã magnã. Scribit præterea lib. vii. gentẽ in toto orbe præſtantiſſima una omni uirtute haud dubiæ romana extitit. Strabo ait. Hos quidem proſperos rerum euẽtus ipſa regiones natura præbet adiecit ei Romanus populus quicquid ex prouidentia conſultandũ erat. Nam cũ in condendis ædificiis græci acuti maxime ac ſolertes fuiſſe uideantur/cũ pulchritudinẽ & munimentũ ingenioſe proſpicerent/portuſq̃ & agri feracitatẽ. hi ea maxime animaduerterunt: quæ illi paruifecerunt. Hormiſdas a Conſtantino imp. quid de Vrbe Ro. ſentiret. Id tãtum placere reſpondit. quod

didiciſſent ibi quoq; homines mori (ut philoſophũ dicebat) loquutus eſt. Quid dicã beatiſſime pater de ciuibus & populi ro. numero? Cenſu Romæ agitato inuẽta ſunt ciuiũ ro. lxix. centena & cxliiii. mil. Olympiade ccvi. ſalutis uero Chriſtianæ an. xlviii. Hæc eſt illa Roma/que genuit Scipiones & Fabios/Metellos/& Lucullos/Sullam & Marium/Oratiũ/& Mutiũ/Fabricium & Dẽtatũ/Marcellos & Põpeios/atq; ipſum Cæſarem & Auguſtum. Hæc eſt illa præclara Vrbs quæ tot excellentes ingenio uiros edidit Varronẽ ſ. atq; Catonem: Saluſtium/Tullium & Hortenſium. Omitto Gracchũ: & M. Antoniũ/alioſq; multos prudẽtiſſimos uiros. Hæc tandem illa eſt eterna & potens aureaq; Roma que per domito orbe terrarum genuit ſanctiſſimos pontifices uidelicet Cletum & Clementem Marcellum & Syxtum Gregorios & Leones atq; Silueſtrum & alios multos: & ad ſummi culminis faſtigium peruenit ut omnium populorum regna: omnium gentium imperia magnitudine. potentia: uirtute ſupauerit. Iuuencus Hiſpanus in euangeliornm opuſculo heroicis carminibus auream Romam nominat. Pompo. uero Iæ. terrarum deam & gentium Reginam appellat: quam Vrbẽ Franc. Petrarca mundi caput & urbium reginam uocat Hic Chriſtus profugo uicario fuit obuius hic petrus in crucem actus: hic truncatus eſt Paulus: hic aſlatus Laurentius: hic ſepultus uenienti Stephano prothomar. locum fecit: hic ſpreuit. feruens oleum Ioannes. Hic agnes poſt obitum uiuens ſuos flere prohibuit. Sed quo pergo poſſum ne tibi in hac parua papiro Romã deſigna

re? Profecto ſi poſſim/nõ oportet.noſti omnia/nõ q̃a Romanus ciuis:ſed quia taliũ imprimis rerũ curioſiſſimus ab adoleſcẽtia fuiſti/qui enĩ hodie magis ignari rerũ romanorũ ſunt:q̃ romani ciues inuitus dico. Nuſq̧ minus Roma cognoſcitur/q̃ Romæ:qua ĩ re nõ ignorantiã ſolã fleo(q̃q̃ quid ignorãtia peius eſt?)ſed uirtutũ fugã exiliũq̧ multarũ. Quis enim dubitare põt quin illico ſutrectura ſit.ſi ceperit ſe Roma cognoſcere? Forliuienſis autẽ ſcribit.Propria quædam habet Vrbs Roma adeo preclara excelſa & admirãda.ut nedũ alibi in orbe inueniãtur.ſed nec etiã trãſferri liceat optari:qui Romã ipſam rerũ caput & Dominã nõ uiderit temere quicquã alicubi ad mirabitur. Quid plura beatiſſime pater? Quæ nã eſt illa urbs in toto terrarũ orbe ſub aureo ſæculo fundata niſi roma in Latio & Ethruria poſita? Plinius enĩ lib.iii.ait.Saturnia inquit eſt ubi nũc Roma.Antipolis uero ubi Ianiculũ in parte Romæ. Habet enim ſancta Vrbs limina apoſtolorum Petri & Pauli & terram ſacro martyrum cruore purpuream & alia loca deuotiſſima cum indulgentiis & reliquiis ſanctorum & ſanctarum dei de quibus in ſequenti libro nonnulla dicam.ſecundoq̧ finem imponam.

Bartholomeus Cyniſcus Franciſco Albertino.

Qui cupis euerſam iam per tot ſecula romam
Primeuam in faciem cernere/noſtra legas.
His nanq̧ inſpicies fora cuncta:Theatra:Cloacas.
Aelogya:Eurypos:Balnea:Templa:Vias.
Quicquid, quale, & ubi ſeptem ſub regibus/& quid
Induperatorum tempore:& ante fuit.

Hæc mælius nemo eſt qui concinauerit unq̄/
Quæ uatum mille uix monumenta canunt.

Bart. prædicti Tetraſticon.

I/liber impauidus domini ſubiturus amici
Iudicium/hic muſas/hic helicona colit.
Non eſt quod timeas ſi tu laudaris ab illo:
Spernere tunc ronchos inuidiamq́ȝ potes.

De noua Vrbe.

Sxtus Quartus ſummus & maximus Pontifex cepit Vrbem inſtaurare. Primus enī obſcuras porticus deſtruxit: ac uias & plateas urbis dilatauit/& lateritio opere ſtrauit/eccleſiaſq́ȝ multas dirutas á fundamentis in priſtinā formam redegit. Succeſſores uero ipſum imitari cognati ſunt. Poſtremo ſanctitas tua & ſyxtū ipſum cæteroſq́ȝ breui tēporis ſpatio ſuperauit/opera enim ipſa dilucide ueritatē rei demōſtrant: ut noua urbs meriro appellari poſſit. Multum tamē differt ab illa prima antiquitate. Nā quanta Roma fuit, ipſa ruina docet. Pōpo. lætus lib. ii. Ro. hy. ſcribit. Badulā, qui & Totila flagellum dei appellatur/ poſt euerſam italiā Vrbem ipſam ſolo adequaſſe: dicit enim Gotthi duce Totila Vrbē romā proditione Iſaurici militis. xvi. Kl. Ian. Porta celimōtana ingreſſi imperio potiti ſunt/nec eo contētibona diripiunt. Mœnia bona ex parte ſolo æquant/domos aliquot igni abſumunt/incolas omnes cuiuſq́ȝ gradus atq́ȝ ordinis rex potiſſimū Totila ab Vrbe abire præcepit/ducturus alio in loco coloniā. Multitudo omnis in propinquas Vr

bes ſe recepit/ſine habitatoribus urbis relicta eſt/manſitq; in ea ſolitudine amplius.xl.diebus. Hæc ſunt tua monimēta parens romule/hęc eſt illa æterna Vrbs terrarū dea/gentiūq; Roma/cui par eſt nihil/& nihil ſecūdum/quæ undiq; uicto penè ōbe ab uectos triūphos recepit/cuius imperiū occidentis oceano & trans tygritanis regnis terminatū. tu ne illa Roma/ad quam tot ſunt ſub cœlo gētes, cōuenire ius erat? Tu ne illa/ quæ innumerabiles colonias emiſiſti? Sed iā ciuili īteſtinoq; hodio eo lapſa es:ut honorificētior habereris: ſi nomen tuū tantūmodo extaret. Scribit præterea incendium in Vrbe ſurgentibus flāmis diebus.xiiii.emicuiſſe.ſed nō omnia ædificia incineres iuiſſe. Verūtamē tres regiones Portam.ſ.Capenā/Piſcinā pub. & Auentinum ipſum adeo conſumpſiſſe/ut neq; tunc/neq; poſtea reſtitui poterit/ſcribit p̄terea. Hoc in loco digredi nō ineptū putemus/ut ſcilicet oſtēdamus ep̄um ro.caput catholicæ fidei ſemper fuiſſe. Roma ipſa terrarū dea & gentiū regina poſcere uidetur dei ſedes & imperii generis humani/ſed ubi noua roma præſentibus Aug. lacertos extulit abſentia principū noſtra Roma paululū imminuta utraq; tamē Vrbe principatū ſibi uendicante & quæ ſequuntur. De origine Vrbis & nomine ſatis ab Igino & Fabio pictore & Beroſo dictū eſt & perpulchre ab Io. An. Viterb. uiro clariſs. Fabius pictor ait. Denominare enī aut imponere gētibus & locis noua nomina:tantū regiā ducūq; ius eſt. Suſcepto igitur italus italiæ īperio tum filiā ſuā Romā nomine. Siculis & ab originibus in latio præfecit. Quæ relicta capena mediū palatinū

tenuit/& in uertice ubi hæret exquilio Romã oppidu lum cõdit quod Valẽtiam ſonat. poſt eius obitum ob paludes neglectũ oppidũ fuit uſq; ad aduentũ Aucan dri/qui cum oppido ſimul reſtituit nomẽ. Quæ quidẽ Vrbs Syxti & tuæ ſanctitatis tẽpore inſtaurata & in no uam formã redacta eſt/& quotidie diuerſis in locis æ dificiis ampliſſimis exornatur.

De nonnullis eccleſiis & capellis.

d E primaria baſilica lateranenſi mẽtionẽ non faciã: in ſtationũ opuſculo ſatis dictũ eſt ac etiam in pa latio Cõſtantini in laterano:tamẽ pater beatiſſime:ite rum atq; iterũ prædictã baſilicam cũ baptiſterio appẽ ditio pene collabente ſanctitati tuæ plurimum commẽ do antequã corruat. Baſilica diui Petri apoſto. principis in Vaticano beato Silueſtro Pa. eiuſdẽ nois primo fuit quæ centum marmoreis eſt ſubſtantata columnis: quã quidem nunc tua beatitudo amplificat: excedit enim ad mirationem & magnificentiam Græciæ in edificatione Templi Aepheſiæ Diane ducentis uiginti annis factum a tota Aſia. Templi enim longitudo. cccexxv. pedum: la titudo uero. ccxx. Columnæ. cxxvii. a ſingulis regibus fa ctæ. lx. pedum altitudine ex his. xxxvi. cælatæ teſte Pli nio lib. xxxvi. Nihil mirandum eſt Beatiſſime pater. Nã templum cathedralis eccleſiæ ſanctæ Marie floris nun cupatũ ciuitatis noſtræ Florẽtinæ e ſeptis quadratiſq; lapidibus conſtructum cum nonnullis capellis emuſi uo adornatis marmoribus diuerſorum colorum totũ incruſtatum excedit prædictæ Dianæ Templum. Lati tudo enim ipſius eſt ped. ccciiii. in parte crucis: corporis

uero cxlviii. Longitudo totius eccleſiæ ped. cccc. Altitu do uero cxl. Altitudo autem marmoreæ teſtitudinis in medio poſitæ ped. ccciiii. Turris uero campanarũ mar= morea uariis ſtatuis exornata ped. cclxxx. omitto paui= mentum marmoreum inceptum & ſepulchra pulcher= rima ipſius templi celeberrimi: quæ omnia deo dãte ſan ctitas tua uult ſuperare in ſupradicta baſilica quod præ clarum & admirabile opus iam ad ſydera tẽdit fabricæ cui ſanctitas tua Fatrũ s. R. E. Car. tit. s. Sabiæ iſtituit Obmitto turrim campanarum: quã tua beatitudo plũ beis laminis exornauit. Baſilica diuæ Mariæ maioris a diuerſis pontificibus ampliata quam fundauit Ioannes patricius Romanus tempore Liberii PP. quam poſtea Xixtus tertius ampliauit & muſiuo exornauit ut in ſta tionum opuſculo dixi. Alexãder uero ſextus laquæaria aurea poluit/ſupra quæ hoc anno tua beatitudo tectũ cum trabeis inſtaurauit: omitto organum & turrim pul cherrimam campanarum/quam tua beatitudo plum= bea teca & aurata pila cum cruce exornauit Eccleſia S. Laurentii extra muros quam nuper reuerẽdiſſimus oli uerius Carrapha Car. Neapolita. exornauit & laquea= ria aurea uariis picturis adornata reſtituit. De aliis eccle ſiis principalibus & antiquis ſatis in opuſculo ſtationũ dixi. Eccleſia s. Crucis in hier. in nonnullis locis cũ pul cherrima capella e muſiuo a reuerendiſſimo Bernardi= no hiſpano ti. car. inſtaurata eſt cum imagine prædicti uiri doctiſſimi ac ſacrarũ cerimoniarum erudiſſ. Eccleſia s. Mariæ de populo a Sixto iiii. fuit ab ipſis fundamen= tis cum clauſtro inſtaurata/quam hoc anno tua ſancti=

tas non degenerans a patruo Sxito ampliauit pulcherrimiſq; picturis & ſepulchris cum nouis capellis & cœmiterio Iulio exornauit ut dicam inferius de capellis. Eccleſia ſ. Mariæ de pace a Sixto iiii. fundata poſtea uero ab Oliuerio Carrapha car. Neapolitano exornata. Eccleſia s. Mariæ in domnica uulgo in nauicula ãtiqua & deuota/quam nuper reuerendiſſimus Ioannes demedicis Florentinus primarius Diaconus Car. S. R. E. ti: collapſam in priſtinam formam reſtituit, De præclariſſima familia medicorum ſatis in ſtationibus dixi: quæ quidem in locis piis omnes alias familias noſtri temporis ſuperauit ut opera ipſa non ſolum in Italia multis in locis apparent ſed in ipſis eccleſiis & locis terræ ſanctæ uiſuntur in laudem prædictæ nobiliſſimæ familiæ auctores multi præclariſſimi diuerſa opuſcula publicarunt, Eccleſia ſanctæ Mariæ de Loreta urbis & eccleſia ſ. Rochi ex helemoſinis pub. fundatæ ſunt tempore tuæ ſan. Eccleſia s. Mariæ de anima apud eccleſiam pacis a natione almanorum inſtauratur & amplificatur. Eccleſia indiuiduæ Trinitatis in colle hortulorum a rege Francorum incepta & a reuerendiſſimo Guliermo Macloúienſe preſbytero car. & epiſcopo præneſt. exornata/q lapides maioris capellæ ex gallia ad urbẽ propriis ſumptibus tranſferre iuſſit. Eccleſia ſancti ſaluatoris cũ eccleſia ſ. Lodouici ibidem contigua fundata eſt a natiõe gallorũ, Ecclia ſ. Barbaræ perpulchra cõſtructa eſt a natione Anglicorũ. Ecclia ſ. Io. bap, cũ fraternitate florẽ. ab ipſis florẽti. cõſtructa, Eſt & alia ecclia ſ, Io. ba, de mĩa cũ hoſpitale in qua ſepeliunť corpa q pœnam capitalem

merentur a Natione Florentinorũ ſundata apud Vela-
brũ. Eccleſia ſ. Petri in mõte aureo ſiue Ianiculo perpul
chra a fundamẽtis reſtituta a regia hyſpanioꝝ. Eccleſia
ſ. Iacobi ĩ circo flãmineo a natiõe hyſpanoꝝ diuio offi
cio ſoléniter quottidie ueneratur maxima cũ reuerẽtia.
Eccleſia ſ. Stephani in Celio mõte & alia³ eccleſia ſancti
Theodoſi marty. apud palatiũ maius a Nicolao Papa
v. inſtaurata. Eccleſia ſ. Saluatoris de pede montis in-
trans Tyberi cũ alia eccleſia ſ. Ioã nis ſancti Coſmæ &
Dam. cum monaſterio & ſ. Stephani in colũnis ripæ
cũ alia eccleſia ꝓpinqua ad radices Auentini. Et eccleſia
ſanctorũ Quirici & Iulictæ cum eccleſia ſancti Vitalis
mar. & ſ. Suſannæ & Viti & Modeſti mar. Et eccleſia ſã
ctorũ mar. Nerei & Achilei cũ eccleſia ſancti Stephani
in Vaticano cũ nõnullis capellis quæ omnes collapſæ a
fundamentis ſyxtus iiii. anno Iubilei reſtituit. Omitto
extra Vrbẽ eccleſiam ſ. Pãcratii cũ aliis multis/quibus
addidit reliquias & indulgentias. Eccleſia ſ. xii. Apoſto
lorum cũ porticu & ueſtibulo inſtaurata fuit a tua bea
titudine/ut apparet in epithaphio marmoreo cũ his lit
teris ſ. SEDENTE Syxto iiii. Pont. max. Iul. Car. ſ.
Petri ad Vinc. nepos hanc baſilicã pene collabentẽ re-
ſtituit. Eccleſia ſ. Petri ad Vin. cũ habitationibus fratrũ
a tua beatitudine maxima impẽſa inſtaurata eſt. Eccle-
ſia ſancti Blaſii de pannetta apud Iuliani palatiũ a fun-
damẽtis incepta eſt a tua beatitudine/cui quidẽ gratiã
cõcedat dñs ꝑfinitã uidere. Eccleſia ſ. Laurẽtii in Dama
ſo a damaſo PP. cõſtructa: quam poſtea collapſam Ra
phael Riarius Reue. Car. tit. ſ. Georgii a fundamẽtis re

ſtituit. Eccleſia ſanctorum Sergii & Bacchi inſtaurata fuit a reuerendiſſimo Gabrieli Card. Agrienſi. Eccleſia ſan-ctorũ Petri & Marcellini a reuerẽ. Philippo Car. Ceno man. collapſa in priſtinã formã reſtituta eſt. Eccleſia ſ. Marci ab ipſo Marco PP. fundata poſtea a Paulo ii. inſtaurata poſtremo uero a reuerẽd. Car. de Grimmanis exornata. Eccleſia ſ. Auguſtini cũ habitatiõibus fratrũ cõſtructa fuit ãnõ chriſti M.cccclxxiii. a reuerẽdiſſimo Gulielmo de Eſtouteuilla epiſcopo Oſtienſi Car. Rothomagẽ. & S. R. E. Camerario. Eccleſia ſ. Anaſtaſiæ deuotiſſima / quã collabẽtem partim uero dirutam reuerẽdiſſimus robertus Vir doctiſſimus eiuſdẽ ti. presbyteri Car. Nantẽ. in priſtinã formã reſtituit ãpliauitq́ Sunt & aliæ multæ eccleſiæ inſtauratæ de q̃bus ne ſim prolixus mentionẽ nõ faciam. Capella Nicolai v. & alia ſecreta Eugenii iiii. quas frater Io. flor. ord. præd. perpulchre depinxit in palatio apoſtolico ſunt a tua beatitudine picturis & marmoribus ac porta pulcherrima exornatæ. Capella PP. ſyxti iiii. in palatio apoſtolico perpulchra in q̃ ſunt picturæ noui & ueteris teſtamenti cũ põtificibus ſanctis / manu & arte mirabili nobiliũ pictorũ concertantiũ uidelicet Petri de caſtro plebis / & Alexandri & Dominici & coſmæ atq́ Philippi floren: quã tua beatitudo ferreis catenis muniuit: ac ſuperiorẽ partem teſtitudi[n]is pulcherrimis picturis & aura exornauit opus præclarũ Michaelis Archangeli floren: ſtatuariæ artis & picturæ præclariſſimi. Omitto ſacrarũ locũ ab Innocentio viii. fundatum ampliatum uero a tua beatitudine: in quo ſunt ad honorẽ dei & ornatũ p̃dictæ capellæ

paramēta gēmis & auro cū unionibus cōtexta: ſunt & uaſa multa aurea & argētea cū pulcherrimis candela-bris deauratis: quæ oīa tua ſanctitas donauit. Sūt ibi p̄terea reliqæ & cruces & calices & alia ornamēta a Pau lo Syxto & Innocētio/ atq; Alexandro Pōtificibus in ſtituta. Omitto pluuialē ditiſſimū/ quē magnus p̄sby ter Ioannes Indianus dono miſit ſyxto Pont. Max. Omitto regnū triū coronatū precioſis margaritis a di-uerſis pontificibus exornatū. Omitto præterea aliud re gnum ditiſſimū ideſt infulā pontificalē cum aliis orna mētis/ & indumētis pont. a tua beatitudine. Quid di-cam de xii. Apoſtolis argēteis deauratis a tua beatitudi-ne largitis Piura? prædictos omnes Pōtifices quas ſan ctitas ſuperauit. In eccleſia ſ. Petri eſt capella cū choro & pulcherrimis porphir. ſpolia thermarum Domiani quæ uocatur Syxti capella: in qua eſt ſepulchrū æneū ſyxti iiii. quæ omnia tua ſanctitas in minoribus cōſtitū ta benemerēti patruo poſuit: ut dicā in Epythaphiorū opuſculo. Eſt & alia capella parua ſed pulchra in eccle-ſia ſancti Petri ad uincula cum ferreis cathenis beati Pe tri apoſtoli/ tua beatitudo æneis intrinſecus & extrinſe cus ſculptis exornauit tabernaculis. In eccleſia ſanctorū xii. apoſtolorū eſt capella maior pulcherrime depicta cū tabernaculo marmoreo iiii. porphireis colūnis ſubſtēta to cū alio tabernaculo marmoreo corporis Chriſti & apoſtolorū Philippi & Iacobi ſimulachris cū ſepulchro Raphael: germano/ quæ omnia poſuit tua beatitudo an no ſalutis Chriſtianæ M.cccc.lxxvii. ut apertius dicam in epytha. Omitto marmoreā aqlā īter ātiquas ruinas

repertã/quã ſuper portã ecclesie. S. tua collocauit. In ec-
clesia. ſ. Marie de populo ſunt multæ capellæ uariis pictu
ris & marmoribus exornatæ maiorẽ uero capellam tua
beatitudo fundauit/ ac uariis picturis exornauit manu
Bernardini Peruſini in qua ſunt ſepulchra pulcherrima
ut dicam inferius de ſepulchris. Omitto coronationem
Virginis argenteã cum angelis pondo lib. cl. quam tua
ſanctitas dictæ capellæ donauit cum aliis muneribus. In
Baſilica. ſ. Petri in Vatic. eſt tabernaculũ marmoreũ. iiii.
porphireis ſuffultum colũnis: in quo ſunt. xii. Apoſtoli
ſculpti cũ paſſione martyrii apoſtolorum Petri & Pau. ma
nu Mathei pullari flo. ſculptoris præclariſ, quod quidẽ
opus mirandũ Sixtus. iiii. reſtituit auroque exornauit. In
Baſilica. ſ. Marie maioris in capella maiori eſt pulcherri-
mum tabernaculũ marmoreũ manu Minii florenti. im
penſa uero Reuereñ. Gulſermi de Eſtouteuilla Camera
rio. In eccleſia. ſ. Laurentii in Damaſo eſt tabernaculũ &
capella ſacratiſſ. Corporis Xpi uariis marmoribus & pi
cturis/ quod opus ſocietas eius cum dña Thereſia Hyſ-
pana fundauit. In eccleſia. ſ. Mariæ ſuper mineruã eſt ca
pella in honorẽ. Vir. Mariæ & beati Thomæ de Aqui-
no conſtructa ac dotata a Reueren. Oliuerio Caraphe
Cardi. Neapo. eps Hoſtien. quã Philippus alterius Phi
lippi de Lippis pictor excellentiſſ. Flo. mira arte depinxit
ut opa eius Flo. in tẽplo diue Ma. Nouellæ demõſtrãt.
Eſt & alia capella de Tornabonis Flo. depicta a Domi-
no Girlandario Florẽ, ut opera eius Flo. in templo trini
tatis & Mariæ nouellæ demonſtrat. Eſt ibi alia capella
Vir. depicta a fratre Ioã. Flo. Sunt in Vrbe aliæ multæ

R

capellæ ornatiſſimæ:ut ē in eccleſia.S.Mariæ de ara cœli & de pace & ſancti Petri in mōte aureo & .ſ. Marci & Honorii & aliarum eccleſiarum.

¶ De palaciis Pontificum.

PAlacium Lateranē,a ueteribus Pont. inſtauratum eſt/in quo nōnulle antiqtates Ro,apparent.Palacium apoſtolicū.S.Petri in Vaticano inſtauratū fuit a Nicolao.iii. Vrſino,deinde a Nico.v.& Eugenio.iiii. Poſtea uero a Paulo pio.ii.& a Sixto.iiii.Qui artiū & bibliotecas & capellā extruxit,ac ut dicam a fundamētis ipſis totum reſtituit. Deinde uero ab Inno.& Alexandro ampliatū eſt.Poſtremo uero quantum a tua beatitudine ampliatū & inſtauratū ſit res ipſa eſt in promptu Plus enim tua.S. hucuſq; fecit quā omnes alii prædicti per annos centū non fecere:in quo ſunt portæ uariis marmoribus cū ſtatuis adornatæ a tua beatitudine.Sunt præterea aulæ & Cameræ adornatæ uariis picturis ab excellent.pictoribus concertantibus hoc anno inſtauratæ.Præterea faciles aſcenſus ad cōmoditatem ædium palatinarū: cottile opus ex laterculis & lapide Tyburthino:ut ad ſummitatē uſq; tecti facile poſſit equitari.Omitto laquearia pulcherrima auro & picturis exornata in ipſis aulis uariis marmoribus & porphireticis lapidibus ſtratis. Palacium ſanctæ Mariæ maioris a Nicolao.v.inchoatū opus ſumptuoſiſſ.& imperfectum quod quidem prout erat tua beatitudo exornauit ac portis ac ualuis & feneſtris & aliis neceſſariis rebus muniuit eccleſiāq; ipſam imagine argentea Virginis exornauit tectumq; ſuper laquearia inſtaurauit.Palaciū ſanctorū.xii.

apoſtolorum a Martino quinto. Colũp. inchoatum quod quidẽ poſtea tua beatitudo a fundamentis ſumptuoſiſſimo ædificio reſtituit ac ſtatuis uariiſq; picturis & marmoribus exornauit una cum eccleſia ibidẽ incluſa: quod quidem R. F. Sotherinus flor. uult perficere. Palacium ſancti Marci a Paulo. ii. incuoatum. poſtea uero a Laurentio Cibo Car. beneuentano exornatũ. poſtremo uero a Reue. d. Grimano cum eccleſia exornatum eſt. Palaciũ ſancte Sabinæ in quo Honorius. iii. & alter. iiii. Eugenius. ii, Pontifices habitarunt & antiquũ ac deuotum: quod quidẽ Reue. Car, montis regalis inſtaurauit poſtea uero a Fatio ſanctor. Viterb. eiuſdem tit. Cardi. cum Viridario in nõnullis locis inſtauratũ in quo loco erant ædes ſabinæ Ro. Palatiũ conſeruatorum & ſenatoris Vrbis in monte Tarpeio ampliatũ eſt a diuerſis Põtificibus, a Bonifacio. ix, Martino. v. Sixto quarto: & Innocentio, viii, multiſq; in locis tempore tuæ ſancti. pulcherrimis picturis exornatum. In quo ſunt monimenta q̃ plura Ro. S. ſtatua Herculis ænea cũ hac inſcriptiõe:
SYXTO. IIII. Pont, Max. Regnante. Aeneum Herculis ſimulachrum aurea mala ſecundũ uiuente Tropeũ ſinixtra gerentis in ruinis Herculis Vict. fori boar. effoſſum conſeruatores in monumentũ glorie romane heic locandum curarunt.
Eſt ibi caput Coloſſi fracti cum hac inſcriptione.
Tempore Innocentii Pont, Max, viii.
Caput ex coloſſo Cũmodi Ant, Aug, Alt, tricenum cubitum inter ruinas templi pacis in multa fruſtra reperto conſpiciundũ conſeruatores Vrbis ro, heic iuſſet, Pala

tium nouũ Iulianũ cum eccleſia ſancti Blaſii de pãnetta ibidem incluſa habet turres & loca fortiſſima pro cõmo ditate & utilitate pub, quod quidem præclarum opus a fundamẽtis ipſis tua ſanctitas extruxit cum ampla & re⸗cta uia noua: Omitto aliud palacium apud eccleſiam ſan cti Petri ad Vincula nuper inceptum a tua beatitudine, Sũt & alia multa ædificia diuerſis in locis Vrbis a Syx to & tua ſanctitate cõſtructa: quæ ad utilitatẽ pub. & or natũ urbis pertinẽt, ut alias deo dante copioſius ſcribã.

De domibus Cardinaliũ

d Omus Reuerẽ, Car, ſancti Georgii cum ſta tuis ac picturis columnis & multis marmori⸗bus ſuffulta cum eccleſia ibidem incluſa eſt per pulchra: quã reuerẽ, Raph, riarius ſaonẽſis S, R, E, Camerarius a fundamentis erexit, Domus Vrſinorum propinqua cum orologio campi Flo, quã eximius Frã ciſcus Venetus Vicecancell, fundauit/poſtea uero a reue rẽ, Petro rhegino ſiculo præſbitero Cardi, intus & ex⸗tra uariis exornata eſt ſtatuis atq; picturis, Domus reue rẽ, Franciſci Piccolominei cardi, ſenenſis non longe eſt a prædicta in qua erant ſtatuæ gratiaꝝ poſitæ, Domus cancellariæ/quã Rhodericus Borgia Vicecãcellarius re parauit, Galeottus uero nepos tuæ ſanctitatis Vicecan, multis in locis ãpliauit ac ſtatuis marmoreis ac pulcher rimis picturis exornauit, Domus ſancti laurentii in luci⸗na apud arcum domitiani a pluribus Card, ampliata, s, a Ioanne morinenſi & a Philippo Calandrino ſũmo pe nitentiario: poſtremo uero a ioãne Bap, Cibo & a Geor⸗gio Vlisbonẽ patria portugal, Cardinalibus/ cui qui

dem Fatius Card, ſanctæ ſabinæ nõnulla pro cõmodi tate addidit prout eius inſignia indicant, Domus ſancti marcelli fuit cõſtructa a, reue, ioãni, Veneto epõ Port, cardi, ti, ſ, Angeli, Domus ſanctæ mariæ in uia lata a re uerendiſſ, Gabrielle Agrieſi Card, ti, ſ, Sergii & Bacchi fundata fuit, Poſtremo uero a reuerẽ, Fatio de ſancto riis Viterbẽ card, titu, ſanctæ ſabinæ ſumptuoſiſſ, ædi ficiis ampliata cũ atrio & porticu & capellis & Aula pul cherrima depicta. Omitto Viridaria/in quibus ſunt ua ſa marmorea ſculpta cum ſacrificiis & raptu Sabinarũ, Omitto aquaꝶ conſeruationem ſubterraneã/& came ras uariis picturis & ſtatuis exornatis ut eius ĩſigna pal mæ indicant. Domus Card. Col[illegible]nẽ, apud eccleſiã ſanctoꝶ. xii. apoſtoloꝶ quam Io. ii, Diac. Cardi. Colũ. pluribus in locis inſtaurauit. Domus frãciſci Portii nõ longe a predicta: quã Reuerẽ. Petrus fuſcharus Card, ampliauit. Domus reueren, oliuerii Carraphæ in quiri nali ſolati gratia conſtructa eſt ab eodem Reue, oliuerio Card, Neapo. cum uinea & hortulo & aliis locis mul tis picturis & epitha. exornatis cum epigram. multis. Domus reue. Ioan. Stephani Ferr, Pedemontani Car. Bononien, apud equos marmoreos cũ hortulo & pul cherrimis habitationibus. non longe a qua eſt uinea dñi Vlixis de Fano cũ domo pulcherrima/in quo loco eſ foſſa fuere multa marmora cum ſtatuis/e/quibus unã habet in ædibus ſuis fractã Cupidinis uero dormientis miro artificio ſculpta eſt in palatio Mantuæ. Domus cum uinea & plurimis hortulis apud eccleſiam. s. Aga thæ reue. Federici Diac. Car, s, Seuerini/in qua ſunt Vi

tidaria perpulchra non longe a qua eſt uinea noua reue. Cardi, de medicis flor. Domus Antoniotti Ianuenſis epi præneſt. & Card. S. R. E. tit. s. Praxedis apud eccle ſiam tituli prædicti quãquidem reuerẽ, Gabriel de ſano eiuſdem tituli præsbyteri card, ampliauit. Domus ſan cti Antoni abb, non longe a prædicta quã Reuerẽ. Fa tius ti. s. Sabinæ collabentẽ reſtituit cum eccleſia ſancti Andreæ pœnitus deſtituta ac pauimentũ cum tecto re nouauit & alia q̃ plura cum hoſpitali/& horreis addidit in augmentũ & ornatũ dictæ eccleſiæ. Domus reuerẽ, Ioãnis de medicis flor. primi diacon. card. eſt apud Ale xandrinas & Neronianas Thermas non lõge ab eccle ſia ſancti Euſtachii: in qua ſunt nõuullæ portæ marmo moreæ mixtæ cum pulcherrima Biblioteca ſtatuis & pi cturis exornata. Domus ſancti Auguſtini a reuerẽdiſ. dominico Card. Firmiano tit. ſanctæ crucis fuit cõſtru cta quã poſtea reue. franciſ. Cuſentinus card. exornauit. Domus s, Apollinaris ædificata fuit a reueren, Gulier mo de eſtouteuilla Car, Rothomacẽ, poſtea uero ab Hierony, R, ſabino: & a Leornardo Agen, card, exor nata. Domus cum turri de Fliſco apud puteũ album: q̃ Vrbanus Lauaniæ comes fũdauit: poſtremo uero a Ni colao Lauaniæ comitæ Car. de fliſco ampliata eſt ac ua riis picturis decorata. Domus reueren. Iuliani de Ceſeri nis diaconi Card. cum ſpecioſa porta exornata: quã Iuli anus eiuſdẽ domus diac. Card. patruus fundauit: in qua ſunt ſtatuæ Ro. ſuper portam uero uiſuntur inſignia re uera cum his carminibus litteris aureis.

Iulius auratas reuirenti tu robore glandes

Pollicitus pacem iuraq; remq; dabit.
Domus reuerendiſſi. Io. Iacobi apud tinctam Tyberis.
Domus farneſia ab Alexandro reuerendiſſ. de farneſio tit. ſancti Euſtachii amplificata eſt atq; exornata.
Domus ſanctæ Mariæ trans Tyberinæ: quã reueren. Marcus ſaonẽ. doctiſ. uir eiuſdem tit. Cardi. cũ horto & aliis habitatõibus inſtaurauit. Domus s. crucis apud plateã iudeorũ ſite uiſuntur cũ monumentis priſcorũ ro. Domus reue. card. Sabelli ro. non longe ab eccleſia ſancti Nicolai in carcere in qua ſunt duo ſepulchra marmorea cum ſtatuis ſculpta & Herculis erumnæ ibidẽ uiſuntur, Sub ædibus pdictis eſt Theatrum marcelli dorico Ionicoq; more pulcherrime conſtructũ prout exiſtunt ueſtigia. Domus laurentii manilii in platea iudeorũ uariis epithaphiis & picturis Ro. exornata, Domus buſalorum non lõge a columna antonina, Domus Hieronymi de picis apud eccleſiam ſancti laurentii in damaſo nõnullis picturis exornata: atriũ cuius lapidibus tyburt. & marmoribus adornatũ eſt, Domus de ualle & ſaxolis atq; butii & mapheis nouæ ſũt uariis picturis & ſtatuis adornatæ, Eſt & domus epi. N. apud turrim argẽtinam cum ſcala pulcherrima apud quã reue. Iulianus ii. de Cæſarinis diaco. card. ſancti Angeli porticum pulcherrimã cum columna præcioſa conſtruxit. Domus Vrſinorum in monte iordano & aliis locis poſitæ, Domus Bernardini de monte falco in Aghonis platea cũ puteo pulcherrimo. Domus mellinorũ eſt apud eccleſiam ſanctæ Mariæ de ania. Domus ciuium ro. de ſancta cruce cũ pulcherrimis ſtatuis, Domus Io. de mon

te mirabili epi Vaſion. apud eccleſiam ſancti Auguſtini. Domus cum uinea apud portã ſepti. auguſt. de Chigis Seneſis. Domus Hadriani ab ipſo Hadriano card. fundata, Domus de ſinario: quã Carolus card, conſtruxit Domus de ſoterrinis á reuerẽ. franciſco flor. card, Vulterano cõſtructa. Domus pulcherrima ſancti Clementis a reuerẽ, dominico cõſtructa: in qua ſunt infraſcripta carmina in lapide pario ſculpta,

Stet domus hæc/donec fluctus formica marinos
Ebibat: & totum teſtudo perambulet orbem.

Quã poſtea reue. franciſ. de rio card, papieñ, exornauit. Domus in platea. s, Pet. a R, Marco Veneto cõſtructa. Sunt & aliæ multæ domus in urbe: de qbus breuitatis cauſa taceo, Nullam facio mentiõem de Turribus: unaquæq;. n, domus reueren, Cardinalium turres habet, Eſt Turris ſubũra in Subũra: quæ corrupto uocabulo appellatur turris ſecura pro ſubũra.

De hoſpitalibus

h Oſpitale, s, Spũs in ſaxia ædificatũ fuit ab Innocentio. iii, poſtea uero á fundamentis cum eccleſia opere ſumptuoſo inſtauratũ fuit á Sixto. iiii, Pont, max, in quo Carolá reginam Cypriam recepit/a qua munera multa cnm ſanctis reliqis accepit/ut dixi in ſtationũ & Epythaphiorum opuſculo. & dicitur in ſaxia á uico ſaxonũ: qui ſaxões tẽpore Hadriani. I, Põtificis in dicto loco ob urbis & eccleſiæ defenſionẽ recepti fuere, Eſt & hoſpitale digniſſ, s, ſaluatoris in Lat, Eſt & hoſpitale. s, Saluatoris & Mariæ de conſolatione apud capitoliũ ex helemoſinis cõſtructũ cum hoſpitale Ianu-

enſium a camera ap̃lica ampliatũ, Omitto hoſpitale Almanoꝝ/Anglicoꝝ/& galloꝝ/atq; Hiſpanoꝝ/florentinorũq; & aliarum nationũ: Tamen pater beatiſſ, nullũ ex prædictis inuenio/ut eſt illud.ſ, Mariæ nouæ de florentia ab Eugenio.iiii, cõmendatum/ecclefiã cuius conſecrauit/in quo loco ad minus ſunt.ccc, infirmi/totidẽq; mulieres in hoſpitali coniũcto cũ omnibus medicorum ſubuentionibus. Omitto hoſpitale præclarum.ſ, Mariæ de miſericordia a Pio.iii, maxime cõmendatum. Omitto præterea hoſpitale.s, Saluatoris de cõgregatione preſbyteroꝝ:ac ſancti Io, Bab. de Bonifacio & alia quæ quidem omnia ſunt nu.xxxviii,

De bibliotecis nouæ Vrbis.

IN palacio apoſtolico in uaticano eſt illa p̃clara biblioteca a Syxto.iiii, cõſtructa cum eius imaginæ/ac pulcherrimis picturis exornata cum his carminibus.

Templa domum expoſitis:uicos fora mœnia pontes
 Virgineam Triuii quod repararis aquam,
Priſca licet nautis ſtatuas dare cõmoda portus
 Et Vaticanum cingere Syxte iugum,
Plus tamen urbs debet/nam quæ ſquallore latebat
 Cernitur in celebri biblioteca loco,

Sunt picturæ doctoꝝ & alia carmina ut dicã in opuſculo epitahaph, Eſt & alia biblioteca apud p̃dictam/quæ græca dicitur ab eodẽ Syxto cõſtructa cum camera cuſtodũ. Eſt & tertia biblioteca pulcherrima/in qua ſunt codices auro/& argento ſericiniſq; tegminibus exornati a prædicto ſyxto conſtructa:in quo loco Vergilii opera

uidi litteris maiuſculis cõſcripta. Omitto ſtrumẽta geo
metriæ & aſtronomiæ & alia quæ in liberalibus diſcipli
nis pertinent auro & argẽto picturis exornata. Eſt præ
terea biblioteca noua ſecreta ꝑpulchra (ut ita dicam) Pe
ſilis Iulia: quam tua beatitudo conſtrinxit ſigniſq; plane
tarum & cœloꝝ exornauit/additis aulis & cameris orna
tiſſ, atq; de ambulatoriis auro/& picturis ac ſtatuis exo
o natis nõ longe a capella ſyxtea, Omitto bibliotecam
ſancti Pet. a diuerſis põt. cõſtructa a tua beati. exornata.
In ecclesia ſanctoꝝ. xii, apoſtoloꝝ & s, Petri aduincula
ſunt bibliotecæ a tua beatitudine cõſtructæ atq; picturis
exornatæ. Præterea ſunt in Vrbe aliæ multæ bibliotecæ
antiquæ/ut aparet in ecclesia s. Mariæ ara cœli & miner
uæ & ſancti Auguſtini & Sabinæ & aliorum locorum.
Eſt præterea in ædibus Reueren, Ioã. de medicis flor.
primarii diaco. Cardinal. biblioteca pulcherrima codices
cuius magnificus Laurẽtius pater eius ex græcia nõnul
los per Angelum Politianum trãſlatare ac multos flo
rent. tranſcribere fecit: in qua ſunt nõnullæ ſtatuæ mar
moreæ cum ſatyro pulcherrimo. Sunt ibi præterea ope
ra multorum philoſoꝝ & poetarum/oratorũq;. Omit
to opuſcula infinita diuerſorum auctorum in laudẽ præ
ſtantiſſimi Coſmi de Medicis/qui Venetiis Bibliotecã
pulcherrimam conſtruxit in ecclesia ſancti Georgii. Vi
di præterea nonnulla opuſcula in laudem Petri & Lau
rentii de medicis quæ omnia Guerrinus uir doctiſſ, mi
hi oſtendit. Sunt præterea opera multa ſuper Platonem
a Marſilio Ficino floren, Extant & opera Baptiſtæ Le
onis de albertis floren. exquiſitiſſimæ doctrinæ: qui lib,

X. de architectura cõpoſuit: quos Bernardus eius frater doctiſſ. uir emendauit/ac Laurentio medici (ut erat uoluntas auctoris) præſentauit cum aliis opuſculis: q̃ omnia noſter Romulus aretinus efflagitauit ut imprimerentur: & accepta copia illius architecturæ lib, Sigiſmundo uiro doct. & ſecretario Sanctitatis tuæ donauit. in q̃ bibiioteca pro cõmodo ſuo quiſq; ſtudere poteſt non obſtante præſentia Reuerẽ. Car. uiri doctiſſimi græcarum latinarũq; litterarum & muſicæ peritiſſimo. Lilius enim Vicentius ait, Diuoq; Laurentio baſilica ornatiſſima eximio opere/ac magno impendio a deuotiſſ. Coſmo mediceo conſtructa cum biblioteca/qui & celebrari monaſterium beati Marci euangeliſtæ ord. s, Dominici a ſolo ædificauit cũ pulcherrima biblioteca latina & græca atq; Hebrea: aliudq; apud Feſulas canonicorũ Regu. ubi bibliotecis adeo pulcherrimis & librorum copia refertis: ut omnes ſuperarent: quas ſuo tempore habuit italia.

De caſtro ſancti Angeli.

C Actrum ſancti Angeli: ut ſupra diximus in mole Hadriana ab ipſo: Helio hadriano Imperato. conſtructum fuit. moleſq; Hadriani dicebatur. poſtea uero turris Creſcentii. Poſtremo autem caſtrum ſancti angeli propter apparitiõem Angeli tempore Gregorii. PP. ob quã cauſam eſt ibi capella cũ picturis miraculis dedicata ut in ſtatiõibus dixi. & a Bonifacio. ix. cepta muniri: deinde Alexan. vi. poſtremo uero a tua beatitudine multis in locis ĩſtaurata: in qua mole ſunt porticus cum Viridario & fortiſſimis. turribus in

quo loco pontifices ipſi tuto ſe defendunt. Sed conquæror de fortuna beatiſſimæ pater/ ob gratiã uero lætor, Sum namq; patre ſancto matre uero angelica/nomineq; Franciſco a Michael angelo patruo educatus ſub tutela uero Xanctæ uiduæ natus florẽti patria inuida fortuna mihi erumnas & inopiam tribuit cũ ſeruitute uolũtaria quamuis pacientia/duce uirtute/ſit uictrix fortunæ (ut tuæ ſæpe accidit ſanctitati) quã depræcor ut ſeruulũ albertinum reſpiciat/ac ſemper defendat.

In dicta mole uidi affixa in die coronationis carmina infraſcripta Aurelii ſereni Munopol,

Oracol uocis mundi moderaris habenas
 Et merito in terris diceris eſſe deus
Te nemo ſuſperat ſancta pietate/fideq;/
 Religione graui/moribus/atq; probis
Tanta tibi eſt animi probitas/quod Iulius alter/
 Inter pontifices nemo repertus adhuc
Nullus adhuc fuerat tanto iam nomine dignus
 Tu ſolus Iulii diuæ ſecundus ades.

De Beluidere.

INter palatium apoſtolicũ & palatium Innocenti. PP. viii, in loco/q Beluidere dicitur. tua S. conſtruxit ædificium perpetuũ opere ſumptuoſo uariis lapidibus/& æneis/marmoreiſq; ſtatuis exornatũ. Omitto loca pulcherrime depicta/in quibus ciuitates Italiæ celeberrimæ depicte uiſuntur, Omitto præterea loca ampliſſima & amena dorico more conſtructa cum turribus & balneis: & aquæ ductibus. Sunt ibi nemota ferrarum & auiũ cum Viridariis & hortulis/qbus

in locis homines ſolatii cauſa uagari/ debacchariq́ poſ-
ſunt. Omitto loca ſumptuoſiſſima thermarũ more con
ſtructa: adeo q̃ equeſter per latũ & altum parietẽ tripli-
citer ab uno palatio ad aliud facile puenitur maxima põ
tificum/cardinaliumq́ cõmoditate una cum utilitate &
pulchritudine. Omitto locũ pro conclaui deſignatum a
tua beatitudine & montes ipſos adæquatos/& uales ad
impletas & alia multa ibidẽ maximis ſumptibus breuiq́
curriculo tẽporis conſtructa quæ qdem omnia aliã Vr-
bem demonſtrant. Omitto deniq́ latum/ & altum pa-
rietem recto tramite deſignatum a palatinis ædibus ad
molem uſq́ Hadriani cum amplificatione Leoninæ ci-
uitatis & alia q̃ multa ibidem deſignata a tua. S.

De Porticibus.

i N Vaticano ẽ porticus s, Petri duplex/ in pa
riete unius eſt nauis fluctuans cum apoſtolis
emuſiuo depicta ab Iocto flor. pictore excellẽ
tiſſ. ſimul cum architectura: ut apparet in præclara turri
marmorea eccleſiæ florentinæ. Opera cuius per Italiam
multis in locis extant: fuitq́ a Benedicto. xi. Pont. maxi.
in Auinionem ad pingendũ martirũ hyſtorias accitus in
genti præcio/morte interueniente opus omiſit. In ſepul-
chro marmoreo cuius ſunt carmina.

Ille ego ſum per quem pictura extincta reuixit
Vt aperte dicam in epitha. opuſculo.

In prædicta porticus s, Petri uiſuntur carmina iucifa
Q uem liquidos pelagi gradientẽ ſternere fluctus
Imperitas fidumq́ regis trepidumq́ labantem
Herigis: & celebrem reddis uirtutibus almum

Hoc iubeas rogitante deus contingere portum.

Apud gradus marmoreos plateæ: ſancti Petri eſt porticus pulcherrima a Pio.ii.fūdata. Vulgo Benedicto pontificis dicitur:poſtea uero ab Alexā. poſtremo aūt a tua beatitudine ampliata opus:quidem neceſſarium oportet enim ceptum principium cum plateæ latitudine adimplere quidem eſſet opus præclarum. Eſt porticus clauſtralis palatina a Syxto fūdata. Eſt porticus.s.xii. apoſtolorum a tua beatitu.fundata.Eſt porticus ſancti Petri aduincule a tua ſanctitate conſtructa/ in qua depicta fuere carmina infraſc. litteris aureis apud inſigna ruerea.

Aſtra palatinis quæ tangit ab ædibus hoſpes
  Hac primum nata eſt Iulia quercus humo.

Sūt in Vrbæ & aliæ porticus diuerſis in locis cōſtruct.

De uiis & plateis.

ū Ia Pontificum notiſſima/per quam Pon. ad Laterañ.incedit a Syxto.iiii.ampliata/ deinde ab Inno.viii.Poſtremo a tua beatitudine multis in locis ampliata. Via Iulia noua a ponte Iulio ad ſyxti uſq; pontem:quā tua beati.inchoauit ad utilitatē totius urbis. Via Alexādrina in ciuitate Leonina ab Alex. vi.inchoata tuæ uero beatitudinis tpe perfecte cum alia uia ꝓpinqua non lōge a porta uiridaria q̄ tua s,hoc anno ordinauit. Apud pontem s. Angeli eſt uia Syxtina cum his carminibus in lapide marmoreo inciſis,

SYXTI.iiii.Pont.Max.Iuſſu.

OPT. AC PIIS.

Q uam bene Xyſtina hæc quæ ꝓpter fluminis un das
Auctoris meruit nomen habere ſui.

Hæc Mariæ quo templa dedit uia tramite recto
Fecit ut a Petri ſedibus eſſet iter
Xyſte tuū munus iam nunc Xyſtina uocati
Roma potes. minus eſt condere quam colere.

Via ſancti Celſi a Syxto iuſtaurata & a tua beatitudinē ampliata. Via iudeorum cum aliis duobus ꝓpinquiis a tua ſanctitate ampliata. Via ſancte Luciæ in ponticis obſcuris alia ibidē propinqua hoc anno ampliata fuit a tua beatitud. Omitto uias multas in campo Martio & apud eccleſiam apoſtolorum & Mariæ ſuper minernam atq̄ Nicolai & tranſtiberinæ regionis quas quidem ſanctitas tua dilatauit ac laterito opere ſtrauit.

Sed miror cum tui præceſſores beatiſſimæ pater minime aliquid pro commoditate uiatorum ac etiam curialium uiarum auſi fuerint proſternere uel ampliare Bonum eſſet: ut tua ſanctitas cum tot & tanta in urbe fecerit in itinere ab Vrbe ad Bacchanū uſq̄ pro utilitate cōmuni: ut perpetua ſit tuæ ſanctitatis memoria iter ſit tutum proſtrata uia nemore in parte deleto curare. Platea ſancti Petri a ſyxto & Pio & tua beatitud, ampliata eſt cum platea ſancti Celſi a Mariæ Rotundæ & iudeorum & Agonis. Platea ſancti Euſtachii & Martii campi & piſcinæ & Laurentii in damaſo atq̄ Marcelli & ſan. xii apoſtoloꝝ a pluribus pontificibus inſtitute ac tempore tue. s. lateribus ſtrate fuere edditis Cloacis. in platea iudeoꝝ uidi lapidem marmoreū cum his litteris ſculptis.

IVLII. II. Pont. OPt. Max.

AVSPITIIS.

Iacobus Albertinus & Hieronymus picus Aediles. An

guſtia uiæ ad forum iud, oſtenſi coactis regredi domib. ampliand. coerauer. idemq; probauerūt anno Xpi, M, ccccviii. Omitto plateas traſtyberinas & alioꝝ locorū Vrbis/quas omnes tua. S. exornauit amplificauitq;.

De ſepulchris memorandis.

IN Baſilica Lateranenſi eſt ſepulchrū æneum uariis marmoribus exornatum Martini. P, y. Columpnēſis, non longe a quo eſt lapis marmoreus cum inſcriptione reuerē, Alberti de albertis. flo: car. tit. ſanctæ crucis. Anno xpi. Mcccclv. cum alio ſepulchro porphiretico miro artificio ſculptum. In eccleſia beati Petri in Vaticano in medio capellæ Syxti eſt perpulchrum æneum ſepulchrū uariis ſtatuis exornatū: quod quidem tua beatitudo patruo ſyxto ſummo pont. B. M. Pos: an. xpi. Mccccxciii. Non lōge a quo eſt aliud æneū ſepulchrū, quod quidem. Laur, Cibo. car. poſuit patruo Innocentio. Pp: viii. B. M. Omitto ſepulchra duo. Pii, ii, & iii, ſenen. marmorea manu flor. ſtatuis & picturis exornata, In eccleſia diuæ Mariæ maioris eſt ſepulchrum Io. Patricii Fundat, eccleſiæ, in labro porphiretico cū aliis ſepulchris memorandis, In eccleſia. s, Mariæ de populo ſunt multa ſepulchra Cardinalium uariis picturis & ſtatuis exornata. In maiori uero capella ſunt duo ſepulchra marmorea pulcherrima, quæ tua ſanctitas Aſcanio mariæ Viceeō, & Hieronymo ſaonēſi card, ben: Mer, pos, manu Andreæ ſanſuini. flor. excel, ſtatuarii, In eccleſia s, Mariæ nouæ eſt ſepulchrum marmoreū ad ſiniſtrā maioris capellæ, unionibus exornatū: in quo requieſcit corpus Reueren, ac ſapientiſſ, Alemani de admirariis, florē-

tini card.titu.s,Euſebii. Omitto ſepulchra eccleſiaꝝ multarum,ut eſt in ara cœli &.s,Mariæ ſuper mineruam,& Auguſt.& s,Pauli,& Agnetis uirginis extra urbē. Tamen beatiſſime pater in ciuitate flor.uidi ſepulchra multa ænea/& marmorea,miro artificio ſculpta:de qbus mētionem faciam,ut.S,tuæ aliquātulū delectationis dem, ut eſt in eccleſia diui Laurentii ſepulchrū Mang.coſmæ de medicis,marmoribus & lapidibus porphireticis exornatum,cum æneis craticulis,& hac inſcriptione.s.

DECRETO Publico Pater patriæ.

Non lōge á quo eſt aliud præclariſſimū ſepulchrū æneū uariis marmoribus porphireticis exornatū/quod qdem Laurentius & Iul.de medicis poſuerunt patri patruoqꝫ. Omitto alia ſepulchra medicea ibidem poſita uariis marmoribus & picturis exornata. In eccleſia.s.Io.bap.eſt ſepulchrum æneū Io.coſſæ quondā. PP. uariis picturis & marmoribus exornatū.In eccleſia. s, crucis ſunt multa ſepulchra marmorea/ut dicam in opuſculo epitha.

Omitto ſepulchra Abbatiæ &.s.Mariæ nouellæ & Trinitatis,cū lapidibus marmoribus ac porphireticis uariiſqꝫ picturis exornata. Omitto pͤterea nōnulla ſepulchra/e lapide indice conſtructa,uulgo paragone,maximæ exiſtimationis & pretii,auro exornata. In eccleſia.s, Mariæ de Carmino eſt ſepulchrū marmoreū ſtatuis & picturis exornatū,quod qdem Reue.Fran.card.Vulterr. & magnificus.Pet.de Soterrin. eius frater,primus & ppetuus dux & Confalonarius.S.P.Q.F.Viri doctiſſ. atqꝫ ditiſſ,Thomæ equiti deaurato patri,B.M,poſuerunt, Omitto ſepulchrū excel.maximæ exiſtimationis ad ho

noreẽ.s,Io,gualberti in ecclesia ĩdiuiduæ trinitatis cõſtru.
Omit.ſepulc,multa extra urbẽ,ut eſt ĩ eccliã.s.Miniatis ſepulc,marmo,reue,Iac,car,tit,s,Euſta.ut dicã in epitha.Eſt & aliud ſepulc,marmoribus & põphireticis lapidibus exornatũ in ecclia mõtis oliueti,a Gulier,de capponibus.flo.epõ corton.cũ capella,& aliis ædificiis cõſtruct.

De ualuis & columnis æneis.

IN Baſilica lateranenſi ſtant quattuor ingẽtes colũnæ æneæ/quæ tẽpore Titi(ut circũfert) & Veſpaſiani ad urbẽ tranſlatæ fuere/aliqui aũt credũt eas fuiſſe colũnas,quas Virg.ĩ tertio Geor.li.memorat. Fulgentes ære columnas,ſub Aug.principe
Erant & aliæ columnæ multæ in Vrbe.
In baptiſterio & ſancta ſcõꝝ ſunt portæ æneæ,ut in ſtatiõibus dixi.Omitto portas æreas.s,Adriani & Mariæ Rotundæ & oratorii.s,Petri in Vaticano & alioꝝ locorum ut in capella.s,Petri ad uincula cũ inſcriptione ſyxti & Iulii.In Baſilica s,Petri eſt ꝑclara porta ænea:quam Eugen.iiii,fabricare fecit a ꝑclariſſ.Ant.flor.ærario ſculptore.Tamen pater beatiſſ.portæ baptiſterii diui Io.ba. in ciuitate flo.poſitæ multũ a predictis differũt:in qbus inenarrabili ſculpti æris opere noui ac ueteris teſtamenti hyſtoriæ apparent:utrarũq; ſculptor fuit laurẽ.Cionus flor,ſtatuarie qdem mirabilis artifex:quod opus nõ minore tamen ſpacio qua qnquaginta annoꝝ tpe abſoluit Omitto portas æneas cum duobus ſuggeſtis & aliis rebus in eccleſia diui laurẽtii manu donati flor,q & æneũ ſepulchrum Io.PP,in bap,fabricauit.In cathedrali eſt porta ænea manu lucæ de Rubea ſculptoris preclariſſi.

Omitto ſtatuas pulcherrimas publ. in locis poſitas, ut
apparet in cathedrali & turri campanaꝝ & palatio prio
rum libertatis & ſancti Micha. & in ædibus mediceis ac
patianis ab ipſis flor. fabre factæ.

De officina cudendæ pecuniæ.

Non longe ab eccleſia. ſ. Celſi tua. S. officinam
pecuniæ cudendę cōſtruxit: in quo loco Aurū
& argentum deargētatūq; Aes florentinorū
more pducere facit. Fiunt enim argenti nūmi Iulii appel-
lati, cum apoſtoloꝝ, ac rucreæ familiæ inſignibus/ cudun-
turq; medii Iulii, ac diuerſarū pecuniaꝝ genera imprimū-
tur/ q̃ nunq̃ huiuſmodi. Ro. nec i terris eccleſie uiſa ſunt.
Omitto aureos nūmos uariis carecteribus impreſſos, cū
Aeneis trientibus deargentatis: q̃ omnia ad urbē ipſam
florentini tranſtulerūt mutatis inſignibus. Aureus nū-
mus florentie extenſus fuit anno xp̄i. M. cccc xiiii. quia
lucri gratia/ q̃dam alię ciuitates illum extendentes figu-
rabant/ in qbus nūmis ab uno latere xp̄s cum. Io. Bap.
baptizan. ab alio uero lilium: in Aeneis uero deargenta-
tis. Ioā. Bab. ſolus ab altera parte lilium p̄dictum. Omit-
to alias officinas, & ponticas multas diuerſarum rerum a
tua beatitudine cōſtructas ad utilitatē & ornatū urbis.

De fontibus & pontibus.

IN Vrbe plures ſunt pontes, ut ſupra enarraui:
inter pōtem ſyxti Aelii Hadriani erat pons tri-
umphalis/ quē nūc tua beatitudo uult inſtau-
rare, & iam iulius pons a populo. Ro. appellatur funda-
menta cuius extant diruta non longe ab eccleſia s. Spūs.
de aliis pontibus nullā facio mētionem, quis a tua Bea.

multis in locis inſtaurati ſint. Pons ſancti Bartho. a Benedicto inſtaurato ut apparet in lapide marmoreo.
BENEDICTVS Alme urbis ſūmus ſenator reſtaurauit hunc pontem fere dirutū. Pons s, Marie a martino. v, colūnenſi inſtauratus in platea diui Petri in Vati, eſt fons uariis marmoribus, ab Inno, & Alexā, & a tua Beati. inſtauratus. Eſt & fons in loco/ qui Beluidere dicitur cū puteo & aque ductibus ſubterraneis miro artificio cōſtructus milliario, ii, ad urbem perductis a tua. S, Eſt & fons aque Virginis in triuio fonte in cāpo martio a Nicolao, v, & ſyx, iiii, reſtitutus: in quo loco. D. Bartholomeus de doxis aduocatus cōſiſtorialis ꝑpulchras ædes fundauit cū Viridario/ & fonte marmoribus exornato/ ubi dicta ſapientū ſculpta ſunt, in parte uero anteriori ædium legitur inſcriptio cū his litteris,
VIRGINEM Aquam ad, viii, ab urbe lapidē uia preneſtina collectā. M, I, F, C, Sētio. Sp, Lucretio Coss. aduxit. Prædictā aquam hoc anno nō ſine maximo diſpendio tua S, inſtauratis aque ductibus reſtituit. Eſt & fons marmoreus apud eccleſiam s, marie tranſtyberine quē lupes Car, fundauit ut carmina ſculpta denotant: & cum deſicatus fuerit Reue, marcus Vigerius Saonenſis uir doctiſſ, eiuſdem tit, Car, in priſtinā formā reſtituit. Sunt & alii fontes in urbe in campo martio diuerſis in locis ut eſt in domo Io. piccinini & in uinea eiuſdem.

De Cloacis & purgatione Anienis,

Vltis in locis urbis ſunt Cloce a diuerſis pontifi, cōſtructe: ut eoꝝ inſignia demōſtrant: nouiſſime uero pluribus in locis nōnullas inſtau

rauit ac nouas cōſtruxit tua Beati, Quæ qdem alueum Tyberis & Auienem ipm̄ purgare fecit/ut nauigalibus fieret, Opus qdem p̄clarum & utile urbi Ro, Tyburtineq̧ ciuitati: q qdem oīa miro artificio & ingenio a tua S, adinuenta ſunt/ut naues ipſe facillime in Tyberim ipm̄ perducant onuſte/maxima cōmoditate ſimul cum utilitate totius urbis, De Tybride flumine regali nullā facio mentionē: qui ſaepe urbem ipſam inūdauit: ut fuit tempore Alex, ut apparēt in lapidibus marmoreis apud eccleſiā mineruę & Marię tranſpontinę & ſancti Euſtachii: in radicibus apēnini oritur ab alia uero p̄dicti montis parte naſcitur Arnus fluuius Regalis,

De Aedificiis a Iulio.ii. diuerſis in locis cōſtructis,

IN urbe ipſa magnū & admirabile opus Baſilicę s, Petri in Vatic, S, tua incepit anno xp̄i, M, D, vii, die, xv, menſis Aprilis in fundamētis cuius tua beatit, primū lapidem marmoreū cum auris nūmis ſolēniter poſuit manu ꝑpria p̄ſentibus. xxxv. Card. & tota curia & po. Ro. cū hymnis & cāticis poſt miſſam de ſpūſcō a R. Franciſco Sotherino flor. card. uulterano ibidē ſolemni pompa celebratā/in quo lapide erāt inciſæ infraſcriptæ lr̄æ a Dn̄ico antonio de chiarellis IVLIVS, II, PONT. MAX, Aedem Diuo Petro dicatam uetuſtate collabentē in digniorē ampliorēq̧ formam ut erigat fundamēta iecit. Anno Xp̄i. M. D. vii. Omitto cerimonias multas quas eodē die ibidē fieri uidi a Pōtifice & card. & prælatis. Quid dicam de eccleſia s. Mariæ de populo & S. xii, apoſto. & s, Petri ad uincula & s, Blaſii & s. Agnetis extra urbem ac s. mariæ de

cripta ferrata: quas collabētes. S.tua reſtituit cū ædibus fratrū. Omitto palatiū s, Petri tot in locis inſtauratū & gimnaſiū publicū apud eccleſiā s.Iacobi apoſtoli: ac palatium nouū iulianū: & aliud palatiū s, Petri ad uincula: hoc anno inceptū. Quid pterea dicam de ſumptuoſo palatio.s, xii.aploꝝ cum uiridario pulcherrimo. quod qdem opus reueren. franciſcus ſotherinus.flor.uult pficere: & iam incepit. Omitto pclarum opus cū aquæ ductibus in loco qui Beluidere dicit/ac multa alia ædificia extra Vrbē cōſtructa/ut apparet in ciuitatibus Hoſtiæ Tyberinæ, ac portueñ.& ciuitatis ueteris, & Viterb.& aliaꝝ ciuitatū eccleſiæ/in quibus palatia Pontificū.S.tua conſtruxit. Omitto arcem ipſam ſurrianā & alioꝝ locorum ædificia. Quid dicā de eccleſia s.Mariæ de Loreta īſtaurata? Omitto palaciū magnū in ciuitate ppria Sao.conſtructa. Quid dicā de arce inexpugnabili Bononieñ. ciuitatis á tua Beatit.fundata. Omitto palaciū epiſcopale s, Petri conſtructū: & palaciū pōtificis inſtauratum cū capella pontificis á tua ſanctitate. Omitto ſtatuā æneam cubitoꝝ.xx, quā Boñ.populus tuæ ſāctitati poſuit manu mich, archangeli flor. Quid plura? in galliam uſq; ædificia pluribus in locis cōſtruxit. S.tua ut apparet in Auinionenſi ciuitate/quottidieq; nouas incipit fabricas. Beatiſſ.Pont, Iuli.grās agamus dño deo noſtro: qui fecit Victoriā & dedit poteſtatē humilibus: depoſuitq; ſuperbos ac potentes VENETOS de ſede ciuitatum eccleſiæ & alioꝝ principū tēpore tuæ.s, quæ qdem nunq̄ tēpore alioꝝ pontificū ea pace & tranquillitate/qua nūc uiuunt: extitere: in quibus tēpla ad honorē dei & palatia

ad utilitatẽ Pontificũ & ornamentũ ciuitatis ædificandã fore in ipſis uiſitationibus a tua beatitudine creditur.

De laudibus ciuitatum floren.& Saonenſis.

d E ipſa Italia beatiſſimæ pater nullã facio mentionẽ.ait enim Plinius.Hæc eſt illa Italia diis ſacra que.L.Aemilio.P.C. Statilio Regulo cõſulibus nuntiato gallico tumultu ſola ſine externis ullis auxiliis atq; etiam ſine traſpadinis: equitũ octoginta mill.armauit/& quæ ſequũtur.Eſt enim italia ꝓuincia Europæ & oĩum totius orbis celeberrima numine diuino electa:quæ ut orbem ipſum clariorẽ faceret:ſparſa cõgregauit imperia/in qua eſt æthruria cuius caput eſt florẽtiæ pulchra/de qua:ut in ꝓhemio dixi nõnulla ſcribã. Florentia initiũ habuiſſe uidetur ante dñi.N.Ieſu xp̃i aduẽtum annis.lxxx.tribus Romanoꝝ Colonia. Zacharias enim Lilius Vicentinus in lib.de ſitu orbis dicit.Florentia urbs inclita & nobiliſſima totius æthruriæ nunc primaria:quæ ante xp̃i aduentum nonageſimo anno a Syllanis militibus condita fuit:hanc Vrbem oĩum Italiæ pulcherrimam Arnus regalis fluuius placidus interfluit undis/quæ atriis & põtibus nobiliſſimis templiſq; deo dicatis/ac magnificis ciuiũ ædibus decoratur/eã Totilum gothoꝝ rex per fraudẽ cepit ac diruit: quã poſtea Carolus manus imperator cũ ex Vrbe Roma tpe Leonis in galliam rediret mœnibus ac portis inſtauratã maiorem ambitũ circundedit ac nobiles florentinos per uicina oppida diffuſos in Vrbem ipſam reduxit eũ feſulanis eamq; digniſſ.priuilegiis donatã liberã eſſe uoluit leges q; ac magiſtratus cõceſſit.in qua multi Ponti. patres

Beatiſſ.Conſiliũ & ſynodum fecere/ut fuit tẽpore Feli-
cis PP.ii.anno xp̃i.M.L V.poſtea uero a paſcale.ii. cele-
brata fuit Synodus anno xp̃i M.c.v.in qua fuerũt.ccc,
xl.epiſcopi cõgregati fuerunt præterea multi Ponti,qui
flor.habitarunt:ut fuit tẽpore Martini.v.Columnenſis
Ro.& Eugenii Veneti PP.iiii.qui per bienniũ flor, cũ
cardinalibus & tota curia cõmoratus eſt/& cõcilium ibi
dem celebrauit/in quo græci coꝝ imperatore p̃ſente de
ꝓceſſione ſpũs ſancti/idem quod Ro, tenet eccleſiã con
ſenſerunt maximãq̃ cathedralem eccleſiã: cuius teſtudo
in terris ſingulariis Philippi Brunelleſchi flor.architecto
currante nullis ſubſtentaculis abſolutã prædictus Põt,
ſolemni põpa dedicauit anno xp̃i. M.ccccxxxvi, die ue-
ro,xxv,martii atq̃ plenariã indulgentiã conceſſit: in q̃
baſilica iacet corpus Stephani,PP,ix,qui obiit floren-
tiæ anno dñi.M,lvii,Ciuitas p̃dicta obſeſſa fuit ab Hẽ
rico imperatore anno xp̃i,M,lxxx, tamen in pontificis
partes perſeuerauit,Henricus florentinos iterũ obſidet
Vrbani,ii,tẽpore quia pontificis partes ſequebãtur, De
laudibus & pulcherrimis tẽplis & ſumptuoſiſſ,ædificiis
prædictæ ciuitatis,Alias deo dante nõnulla ſcribam.ha
bet enim eccleſias parrochiales numero,xliiii,cõputatis,
xii,prioriis e quibus nũnullæ collegiatæ, Habet p̃terea
Cenobia uirorũ:ac mulierũ ſanſtimonialiũ,lxxvi, Hoſ
pitalia,xxxviii,Fraternitates puerorũ,ix, Virorũ uero ſi
ne numero abſq̃ Capellis/& oratoriis multis. Omitto
p̃terea eccleſias multas & palacia infinita apud ipſa mœ
nia ciuitatis undiq̃ cõſtructa. Quæ quidẽ ædificia aliã
Vrbẽ demonſtrãt,Nunc uero de nõnullis uiris excellẽ,

prædictæ ciuitatis mentionē faciā. De uiris ſanctiſſ. habuit Zenobiū epm ac ciuem flor. q ſepius in Ambroſiana: nunc uero. s. Lauren. ecclesia dicta/miſſam cū beato Ambr. celebrauit: ac ut alter Martinus uiuens tres mortuos flor. ſuſcitauit. Quid dicā de aliis epis. s. Andrea & Podio atq; Antonio/per merita quoꝝ deus oñdit ſigna multa in populo? Euge. & Creſcentiū cōfeſſores omitto qui crebris miraculis corruſcant. Quid dicā de. Io. Gualber. Abb. qui primus ord. Vallis umbroſæ inſtituit: brachium cuius demōes fugat: ac lunaticos & ab īmundis ſpiritibus oppreſſos p impoſitionē ipius brachii liberat? Omitto pterea multos uiros ſanctos ordinis minoꝝ & prædicatoꝝ/ſeruorūq; & . s. Bñdicti & Aug. Demonialibus & ſanctiſſ. uiduis: ac nobilibus matronis ne ſim prolixior finem imponā. noīa quoꝝ ſcripta ſunt in cœlis ac uenerant in terris. De uiris excellentibus in Theologia & Philoſophia Antoniū habuit & Honofriū archiepos floren. Robertū de Bardis, & marſilium ficinū/ qui nouus Plato a Politiano: & Lādino appellatus eſt. Habuit præterea leonardū brunū hyſtoricū & . L. datum Aloyſium Marſilii. Barth. lapacinū. Pallā ſtrozium/& angelum aciolū. utriq; . n. aurati equites, cū Donato eiuſdē familiæ philoſophi celeberrimi erāt. In iure uero ciuili accurſium cū Franciſco filio/dinum muſcellanū/laurentiū de Rodulfis. Io. Andreā flor. natiōe/Bonien. uero adoptione. In poeſia uero Dantē Aldhigheriū & . Io. Boccacium, & Franciſcū Petrarchā/q̄uis nōnulli arretinum uelint. Franciſcum barbarinum omitto: & claudianum (teſte Zacharia Vicentino) modernos uero habuit Aloyſum

pulcium & Naldum naldi/a quo nonnulla de compo-
nendis carminibus didici:primitiaſq; fructuũ eidem præ-
ſentaui:& alia carmina ad Nicolaũ baldellam Cortonẽ-
ſem cõdiſcipulũ miſi/ut dicam in opuſculo pontificũ/&
ſapientũ ſententiarũ. Omitto dñicum flor.& alios mul-
tos. In oratoria uero Baptiſtã leonũ de albertis/Poggiũ
blandolinũ/& lapum litteris græcis & latinis eruditiſſ.
Guidonẽ de caualcãtibus, Gabrie, landinũ. Nicolaũ de
ſalutatis in epiſtolis/& nicolaũ de nicolis. Omitto mo-
dernos.s. Xpiſoꝝ landinũ/& Math.palmeriũ/& ãbos
rinuccinos/ac Beniuenios/& lippos uiros doctiſſ.ſcipiõ
marcellũ.& alios multos. in Geometria Pau.giometrã/
& Petrũ mariaz. Omitto Fatiũ de Vbertis, de quo.Io.
Annius ait, Fatius de ubertis flor.optimus atq; eruditiſ.
Coſmographus/qui in ſua geographia antiqtatem Vi-
terbem exploratiſſ.habens.ait.n.tribus noĩbus dictam
Thuſcẽ.Veiuzẽ/& in Viterbũ/de qua ciuitate Beat. pa-
ter nõnulla ſcripſi in opuſculo de ſignificatione & expo-
ſitione arboris Palmæ dedicato. D.dñico frãciſci Viter.
Secretario. R.card, ſanctæ ſabinæ. Quæ ciuitas Viter.
habuit habetq; uiros multos excellen.Cardin. & epos.
Omitto ipm Egydiũ generalem ordi.s. Augu. uirũ do-
ctiſſ.et prædicatorẽ excellẽ. Scribit præterea prædictus
Annius Fatius flor.gyſtoricus ſimul et pclarus Coſmo-
graphus illuſtrior Blondo fuit/ut qui ingenio Thuſco
excelluerit:et explorata loca melius. et certius tenuerit.
In aſtronomia Bonactũ/ſed exulã patria Forliuienſem
appellari uoluit, Omitto laurentiũ Corniũ. In medicina
uero phiſicos multos habuit excellentiſ.ut fuit dinus de

garbo/et alter dinus de gualdo: et Thadeus, Turſianuſcp eius auditor. Omitto Thomã: Nicholaũ falcutium/et ianotum manet. quos qdem excellentiſſ. uiros uiuere dico: nã cum uirtute ipſa/et gloria diem ultimã claruerũt, In arte uero militari multi fuere peritiſſimi apud diuerſos impatores ac Reges et duces: ut dñs Philippus ſcolarius eques flor, apud Sigiſmundũ imp, honore et auctoritate primus habetur/hic copiarũ Dux factus. xx, amplius præliis uariis tpibus ſarmatas, et Turcos in xpianos inruentes ſupauit, anno xpi, M, ccccxvi. In expeditõe uero turcoꝝ bonaguiſius de Bonag. ciuis flor, pfectus gẽtis Italoꝝ cũ multis flor, uiris experitis in arte militari primus fuit in obſidione magnæ Damiatæ ciuitatis, qui cũ ſuis urbẽ ipſam primus introiuit, ac inſignia xpianoꝝ ſupra mœnia erexit, Quid dicã de Ioãne Strotio capitaneo Marchionis mantuæ, q glorioſus ad portas uſcp ciuitatis mediola, bis cuncta uaſtauit? Quid præterea de Petro Caroli ſtrotio, ac Petro de Caponibus? Omitto Io, de medicis, et alios multos/qui ut ueri antiq, roma. multis et diuerſis præliis hoſtes ſuparunt/uictriciacp inſignia cum ſpoliis inimicorum ad priam triumphantes redierunt, In regimine uero et conſilio habuit infinitos, ut fuit. D, Nicolaus acciolus, uir ſtrenuus/ac doctiſſ, in rebus gerendis ſapientiſſ, qui in regno Neapoli, nomine Ioãnæ Reginæ gubernator extitit anno, M, ccclxvi. Moriturcp Neapoli, anno ætatis ſuæ, lvi, quo mortuo nonnulli tumultus in ipſo regno oriri ceperunt,

Omitto præterea multos uiros ex familia medicea/ſtrotia/bardea/atcp albizea, Quid dicam de uiris excel

lentibus in pictura ut fuit loctus/ac Thomas maſacius,
Stepha.ſymia. Thadeus ghaddus. Philippus carmeli-
ta. Ioan. ord. prædi. Andreas & Paulus ocellius & Piſcel-
lus. Omitto modernos.s. Leonardũ uincium. Dñicum
Girlandariũ a quo nõnulla a teneris annis didici. Alex.
botticellum. Philippũ brandolinũ & laurentiũ credium
In ſculptura uero Donatũ & deſiderium/ac lucã de Ru
bea qui terreas ſtatuas cum uiro mixtas:ut optimus in-
uentor:primus fuit Laurẽtium de Cionis/Andrã uar-
rochium/& Antoniũ roſſellum. Philippũ Brũ. & Mi-
nium. Omitto Antoniũ & Matth. pullar. & Michaell,
archangelũ qui & pictura excellentiſ. Omitto præterea
Andreã ſanſuinũ & Anto. de ponte Seuio. omitto im-
preſſores & miniatores & ſcriptores infinitos & monia-
les ipſas/quæ quidẽ diuerſa uolumina pontificibus ac re
gibus ſcripſere ac picturis & auro exornarunt. in archite-
ctura uero habuit prædicta ciuitas Philippũ brunelleſ-
cum/bernar. roſſum. Fran. ciecã Lauren. de medicis qui
& muſica & oratoria præclarus fuit cum arte militari/ab
omnibuſqꝫ appellabatur amator oĩum uirtutũ & pater
uiroꝝ excellentiſſ. tẽpore cuius feliciſſimo erant oĩa pec-
cata ad quẽ reges non ſolũ & principes Xp̃iani aratores
& munera mittebãt. ſed magnus turcus ac ipſe Babilo
niæ ſaladinus oratores & munera balſami & auri ſerici-
naſqꝫ ueſtes & animalia in his partibus nunq̃ uiſa cũ ten
toriis carbaſinis & ſericeis uariis coloribus & auro exor-
nati bis ad lauren. prædictũ miſerunt:quæ oĩa propriis
oculis flor. proſpexi. Quid plura. Põtifex ſumme cœlũ
& terra. viii. die ante obitũ eius prodigia & ſigna dedere/

ut oĩbus floren. notũ eſt? Quo mortuo. ſtatim uniuer ſus orbis ad bella ſe cõuertit. Italiaq; potens occaſiones undiq; ac prædationes multas ſenſit/ ſuoſq; principes cum regibus pdidit: quæ omnia prius cõſilio magni uiri in pace conſiſtebãt: redeamus ad architecturã in qua fuit peritus & Bart. gargiolus & Anto, ambo architecti Alexan. vi. omitto iulianũ gallẽſem & alios multos. in muſica uero habuit Fran. cæcum: qui muſica & aſtronomia non ſolum peritus fuit ſed & poeſia. Nã & Venetoꝝ duce uiro doctiſſ. coronatus/ deĩde uero ut poeta a rege cyprio laureatus fuit.. omitto Antoniũ & franciſcũ & alterum Antoniũ a quo nõnulla didici (ut in muſicæ opuſculo ſcripſi) omitto præterea Mich. archangelũ & uxorem ac ipſas moniales peritiſſimas. Sed dolendũ eſt flendumq; opa enim multoꝝ excellentiſſ. flor. eſſe abſcondita inuidiæ cauſa ac multa in bibliotecis põtificis & mediceis uidi quæ non ſunt impreſſa. Quid dicam de mercatura ut fuit Coſmas medices: & alii innumerabiles uiri ditiſſimi? omitto Bartho. melchionẽ apud fideliſſimũ regem portugal. qui nõnullas naues noſtro tẽpore propriis ſumptibus cũ regia claſſe contra perfidos infideles parauit. omitto agriculturæ peritiſſ. ĩfinitos, Quid preterea dicã de lanificis & ſericinis linteaminibus arte frigia & auro atq; argento circuntextis: uulgo brocchati & ricchami: & aliis cuiuſcũq; generis exercitiis? Nõ uiri tñ laudandi ſed & mulieres ipſæ laudãdæ ſunt/ quæ romã uſq; uenere/ ut monaſteria nõnulla reformarent: nouiſſime uero iuſſu tuæ. S. moniales uenerũt ad monaſteriũ ſancti Silueſtri. Multas calamitates/ ac bella ciuilia diuer

ſis tpibus ſimul cum peſte ppeſſa eſt florẽtia. Nam lugu
bris: & miſerãda peſtis pene p orbẽ uniuerſum triũ an-
noꝝ ſpatio uſq; brittanos d̃ſeruiit/& ãno xp̃i. M.cccxl.
ãplius.lx.hoĩum millia Flor.intra Vrbẽ aſſumpſit: & p
agrũ cuncta pene deſerta reliq̃t: q̃ ciuitas prius anno dñi
M.clxxvi, duobus incendiis magna ex pte concremata
fuit. Omitto diſſenſiones & ciuilia bella & pœcuniã infi
nitam in emptione ciuitatis Lucanæ. Quid dicã de bel-
lis continuis cum potentatibus Italiæ. Ipſa.n. in medio
multarũ ciuitatũ tanq̃ cor ipſius Italiæ cõſtringit̃/& ſem
per (ut oĩbus patet) uiriliter ſe defenſat̃. Habent.n. eccl'ia
a parte una/ab alia uero Ianuẽſes ac Venetos ab alio la
tere Lucenſes ac Senẽſes ab altero nãq; Bonon. & prin
cipes nõnullas, cũ q̃bus ſæpe pugnat non ſine maximo
diſpendio. Decies centana & ducenta ſexaginta ſex aurei
nũmi millia p ſex tantũ huius anni. M.cccxci. menſes in
mediolanenſi bello a florẽtino populo impenſa ſunt atq;
integre pſoluta, Omit. pecuniã innumerabilẽ datã Ste
phano bauariæ duci: qui uenit in flor. auxiliũ/ & nil me
morabile gerens in ſuã regionẽ reuertitur. Omitto the
ſaurũ infinitũ q; Robertus imp. a flo. po. accepit contra
Galeatiũ medio. Ducem/qui max. exercitu in Italiã trã
ſiit/& nulla memorabili geſta retrans alpes ipſas reuertit̃
Anno, xp̃i. M.cccci. De Piſanoꝝ bello non facio mẽtio
nem/in quo Venetorũ milites bis cũ inſig. & eq̃tibus a
floren.. pfligati & capti fuere, Quid plura? ſoli contra
Venetos & Ianuẽſes ac Lucenſes/ Senẽſeſq; ac Piſanos
atq; ipſum Valentinũ Borgiã/ac exules floren. impetũ
unanimiter faciẽtes eodemq; tẽpore reſiſterunt/ac uicto

ria tandẽ potiti ſunt. Omitto liburnorũ obſidionẽ. Ciuitas ipſa ſub eius imperio benigno nõnullas ciuitates e duodecim æthruriæ habet/quaꝝ Mezẽtius dominabatur.s.ciuitates Piſaꝝ Feſularũ & Volaterrarũ/& Aretiũ habet & piſtoriũ & aliãs cum oppidis munitiſſ.& locis fortiſſ. Omitto Colonias multas more Ro.quas emiſit & noua oppida fundauit. Vt placet leonardo Aretino q ſcribit. Vrbs uetus a florentinis originẽ habuit:quæ oĩa Lilius Vicẽt.cõfirmat Senenſes pater Bea.uolũt.S.tuã in numero cõciuium ac Pont.ſuoꝝ habere:cui oratores cum muneribus miſerũt.noſq; irrident dicẽtes nullum habuiſſe pontificẽ.Non.n.ſciunt oẽs flor.decreto pub. & priuilegio legis ciues Saoñ & ecõuerſo que ciuitas preclara Saonẽſis habuit habetq; Car.multos & Põt.Senenſes uero (inuitus dico) nunc taceãt abſq; car.ullis/letent uero flor,tris hñt card,abſq; cõciuibus Sao, letet et inclita ciuitas Saoñ,de cõciuibus flor,qui ut alter ſol ubiq; lucẽt ac flor,Boni,nãq;,viii,Pont,max, iubileũ indixit et publice ꝑlatoꝝ aſſenſu cõcionatus eſt et recenſuit ſeco anno,xii, legatiões quarũ Flor,extiterãt principes a diuerſis mũdi ꝑncipibus accepiſſe/et legatorũ inde noĩbus atq; familiis palã exhibitis iniũxit.in gloriã ingẽt flor.noĩs affirmo in gubernatione urbis terrarũ florẽ. aliud elementũ fore, uere ꝓphetauit/nam in nouo mũdo Albericus Veſpulſius Flo.miſſus a fideliſſimo Rege Portugal.Poſtremo uero a Catholico hyſpaniarũ rege primus adinuenit nouas inſulas & loca incognita/ut in eius libello Graphice aapparet:in quo deſcripſit ſidera:& nouas iſulas/ut etiã apparet in epiſtola eius de nouo mũ

do ad laurentiũ iuniorem de medicis. Legitur præterea ꝙ ipſi Romani a florẽtinis populares quaſdã leges per legatos anno Xp̃i. M. cccxxxviii. popoſcerũt/ qbus quidem flor. populus ſtatua ipſa (ut bonus filius) maxima cum reuerentia cõceſſit Zacharĩas. Vicenti. in deſcriptione orbis dicit. Florentia ianifici ac ſerici mercatura præceteris illuſtratur ciuitatibus: uicium & olearũ fœcũda/ ac fructuũ omnis generis abundãs: uiris quoq; bonaꝝ artium doctrina præditis omniq; genere laudis p̃ſtantiſſimis exornatur. Qua propter Beatiſſimæ pater IVLI, Ciuitas & ciues per ſe nobilitate clarent & uirtutibus. nõ enim opus eſt: ut a me laudetur. Solus namq; Deus laudandus & glorificandus eſt/ cui laus: honor/ uirtus/ & gloria/ poteſtas & imperium ſempiternum.

¶ Ex Vrbæ die, iii, Mẽſis Iunii. M, D, IX, in die, S, & indiuiduæ Trinitatis in ædibus Reuer. Card. tit, ſanctæ Sabinæ.

Franciſci albertini Diſticon.

Si nunc errarem/ fateor me errare libenter
 Nam ſine cenſore nullus in orbe fuit.

Vincencius Rauennas ad libellum.

Mirantur cuncti/ ac omnis mirabitur ætas
 Quod rerum ſummam parue libelle tenes
Si te non cupiet doctorum turba uirorum
 Et dicent omnes tu mihi gratus eris,

¶ Expliciũt mirabilia Romæ, Nũc incipit alius tractatus Vibii Seq̃ſtris de fluminibus: Fontibus/ Lacubus Nemoribus: Paludibus: Montibus: & Gẽtibus p lr̃as.

Vibii Sequeſtris de fluminibus Fontibus/Lacubus nẽ
moribus/Paludibus:Montibus & gentibus/ per litte
ras Liber incipit fœliciter,

VIbius Seq̃ſter Virgiliano filio Salutẽ.
Quanto ingenio ac ſtudio fili cariſſi/
me, apud pleroſq; Poetas fluminum
mẽtio habita eſt:tãto labore ſum ſecu
tus eo℞ & regiões & uocabula & qua
litates in litteram dirigẽs/quod ipſi tibi
non inutile factu ſcio fore.fontiũ etiã & lacuum:paludũ
q; & mõtium/nemorũq; & gẽtium/qua tñ perſeq po
tui/ſicut animum huic libello in litterã digeſta noĩa ſub
ieci:quo lecto non minimum conſequeris notitiæ/& p̃
ſertim cum profeſſioni tuæ ſit neceſſarium/ & ne pluri
bus Epiſtola oneret:incipiemus ab eo fluuio q & litterã
& nomẽ obtinet primũ.

Fluminum,

A

AChelous aetoliæ primus erupiſſe terrã dicit.
Arar Germaniæ e uogeſo monte miſcet rho/
dano, ita leue decurrit/ut uix intelligi poſſit
decurſus eius.
Amphryſus Theſſaliæ,ubi Apollo admeri pecus fertur
pauiſſe.
Alpheus elidis/qui per mare decurrens in Siciliam inſu
lam arethuſæ fonte miſcetur.
Aſcanius / myſiæ.
Achates Siciliæ ubi pari nomine lapillos edit unde gẽ

me fiunt
Acheron inferorum.
Anien/lacus uelinoꝝ infundit
ꝑ tiburtinoꝝ fines ab aniene fi
lio apollinis in tiberim fluit,
Allia ſallaria: uia ad mil.xiiii. a
Roma ubi galli uictoria ſunt
potiti de Romanis
Araxes, armeniæ arabiam a me
dis diuidit,
Ateſis ueronẽſiũ i padũ decurrit
Amaſenus priuernatium
Aufidus apuliæ ꝓximus canuſio
Alyntos lucaniam a uelienſibus
diuidit,
Aſinius catiniæ in litore tauro
menitanorum defluit.
Anecus Siciliæ qui per duo mi
lia paſſus ſub terram mergens
ſiracuſis miſcetur mari: appella
turq; ano poſt anapos caenos
ſuperior a Natoſſacos,
Alachin megarenſiũ cuius fon
tem dedallus dilatauit agrũq;
reddidit & regionem fertilem
quam idem fluuius deuaſtat,
Acis ex ætna monte mari de
currit. ex huius Ripis Poliphe
mus ſaxa in Vliſſem egiſſe dr̃
Atax pireneorũ circa narbonã
decurrit in tirrhenum mare,
Atir tarbedae ciuitatis aquitaniæ
in occeanum fluit.
Almon romæ ubi mater deoꝝ
vi. kal's aprilis lauabatur.
Albis gemine ſueuos a cerue
tiis diuidit,
Aus apolloniæ in meoniam de
currens:
Alto: dirrhachii decurrit in illi
ricum,
Aumaſipa gentis Scitharũ un
de aurum ſcithæ legunt.
Aras macedoniæ decurrit in io
nium mare,
Achelous ex pindo monte per
ebæorum fines in maliacum
mare decurrit, qui ætholiam
ab arcadia diuidit,
Anaurus Theſſaliæ ita denoĩa
tus/q; ex ſe neq; auram: neq;
nebulam emittat.
Apidanus theſſaliæ in quo emi
caſus melas Phenix miſcentur
ipſe in peneon decurrit.
Aſopos Theſſaliæ in epidanon
fluit.
Antiger qui ex cruore centauro

rũ quos hercules interfecit odore ſuo aduenientes fugat cum fuerit dulciſſimus.
Apud cicones flumen eſt cuius liquor epotus præcordia uertit in ſilicem & rebus actis marmora inducit.
Aternus, hadrie decurrens per marſos ubi & hoſtia uitas
B
Benacus galliæ ex quo naſcitur mantuarum nuncius.
Bethis hiſpaniæ unde bethia,
Bagrada, aphrice iuxta oppidũ muſti ubi regulus ſerpentẽ lõgum pedibus.cxx.exercitu adhibito interfecit.
Babenna illirico permiſcetur
Batros ſchytiæ fines hyrcanos abluit.
Brictates extimato monte arino miſcetur.
C
Cayſinos per iperam decurrit, ꝓximus paludi aſiæ
Camicos Siciliæ ex quo Vrbs camicos diuidit aggrigentinos
Calos moeſiæ.
Cocitos inferorum ex quo ſtix palus,
Crunifos ſiciliæ ciuitas arilae,
Calor beneuenti oppido iũctus
Cryſas ſiracuſis ex mõte herco
Cydnos per mediam urbẽ tarſo ciliciæ decurrit,
Cirta maſſilienſium ſecundum agatam urbem.
Caſſilinum campaniæ a quo oppidum,
Cruſtumium a quo oppidum in adriaticum mare decurrit,
Cephyſos in aliena urbe phocidos deſcendit & circa euboeã flectitur,
Cyrubs arabiæ in quo plurima genera gemmarum inueniunt & camelis deportantur in oppidum tybreſtum.
Crathis confinis ſibani capillos facit aurei coloris.
Clitumnus umbriæ ubi iuppiter eodem nomine eſt,
D
Danubius qui & iſter germaniæ in pontum decurrit per ſeptem hoſtia,
Drinus e palude ligniſti alluẽs ſcodram oppidũ Illiricorum,

E

Enipheus e mōte othri theſſaliæ
Euenos qui & lycorum
Eſper. qua nexus Cētaurus deia
niram herculis traiecit:
Euphrates parthiæ
Eridanus galliæ ciſalpinæ qui &
padus ubi elides mutāt̄ i pp̄los
Eurotas laconices
Eraſinus lydiæ uel lyciæ
Eſia galliæ in ſequanā defluit.

F

Faneus & qui ſiris beneuenti.
Fabanis Sabinorū.is faber cor
rupte dicitur

G

Gāges in oriēte indiā cingens læ
tiſſimus quē Alex.poſt occea-
nū nauigare timuit qui ſolus ad
uerſus orientem fluit.
Galeſius Tarentinorum
Gallus in phrygia/unde qui bi-
bit inſanit more fanatico.
Gela ſiciliæ:a quo oppidum
Gelagſenſus dirrhachiū ab aqui
lonia diuidit decurrit ex epiro.

H

Hebrus thraciæ proximus oppi
do aeno,
Hermus lidiæ pactolo cōfundit
Hiberus hiſpaniæ a quo hiberia.
Hydaſpes Indiæ urbis mediæ de
fluit indo & caucaſo
Hypanis ſcythyæ q ut ait Gal-
lus uno tellures diuidit amne
duas aſiā eni ab europa ſepat,
Halys lydie chruſos tranſit
Helyrus ſyracuſarum/ a quo ci
uitas
Himela ſabinorum prope Ga-
ſperiam urbem.
Hermus lydiæ
Herbeſos q & endrius oppido
alluriaia decurrit p fines helori
Himera oppido termitanoꝝ de
dit nomen himeræ hoc flumē
in duas partes findi ait ſteſico
rus unam in tyrrhenum ma-
re alıam in lybicum decurrere
Hypſa ſm Irecon urbem hiſpa
niæ decurrit gratā herculi,
Hypanis quem & hictarin uo-
cant/ex quo camerinis aqua in
ducta eſt,
Haermus lyciæ
Haeſuſa ytidæ finibus apollo-
niæ decurrēs in ſinum Ioniū,

I

Indus indiam definit ab occaſu a quo india dicta hic deſcendē tem Hydaſpem recipit.
Iſara galliæ currit in rhodanum
Iſanus dyrrhachi ab iſano caſtello dictus
Ilerda hiſpaniæ a quo Ilerda
Inacus/theſſaliæ.

K

Kaycus miſyæ

L

Liceſius thraciæ cuius aquā bibentes ebrii fiunt.
Lethæ inferorum quod obliuii ſit cauſa
Lyris nō lōge a marſis ueſtiniſ q cuius in ripa niphæ mariæ miturnenſis templum eſt
Lycus aſiæ unde lycis.
Liger galliæ diuidēs aquitanos & celtas in oceanum britannicum euoluitur
Licaſtris coae a quo lica ciuitas,
Lethecus iſulæ cretæ ita dictus quod Hermione Veneris filia Cadmi uiri ibi oblita dicitur

M

Mincius galliæ ciſalpinæ proximus mātuanis agiť ex benaco
Moſſella belgicæ: defluit in Rhenum.
Moſſella galliæ: quæ nunc dicitur lothoringia interfluit medio matricum
Merandros Cariæ gentis Aſiæ hic tam flexuoſus eſt ut in ſeſe recurrat.
Minion etruriæ a minione
Metaurus umbriæ in ſinū adriaticum decurrens
Megeria liguriæ ſecundum lunam urbem.
Mathis dirrhachi non longe a lyſſo.
Marſias phrigiæ urbis celer.
Methas theſſaliæ in epidanum fluens,

N

Nilus, egypti ex æthiopia decurrens,
Nar ſabinorū ex apenino in tiberim decurrit: per narniam fluit.
Numicus in agro laurenti.
Niphates armeniæ ex monte niphate.

O

Oaxes crete a quo ciuitas oaxias

Varro hoc docet geminis ca-
piens tellurem oaxia palmis,
Orethus panormi Siciliæ
Orontes ſyriæ e mõte caſio,

P

Padus galliæ ciſalpine qui & eri
danus,
Permeſſos boetiæ.
Pennæos theſſaliæ, ubi ſiluæ
quas tempe uocant hunc Be-
brices poſſiderunt,
Phaſis in colchide qui de mon-
te garamante fluit.
Panthagias Siciliæ, ita dictus
quod ſonitus eius decurrentis
per totam inſulam auditus eſt
uſq3 co:donec Ceres filia quæ
rens eum comprimeret,
Pitornius qui per medium La-
cum fucinum marſorum, ita
decurrit ut aqua eius non mi-
ſceatur ſtagno,
Pactolus lydiæ quidem currẽs
aurum trahit.
Phaethelinus Siciliæ iuxta pelo
ridem confinis templo dianæ.
Piſaurus a quo ciuitas piſauria
decurrit in Adriaticum mare,
Phocias theſſalie i epidanũ fluit
Pachiſos Siciliæ ubi ſextus Põ-
peius iuuenis interfectus eſt,

R

Rhenus germanie belgas a ger
manis ſegregans,
Rubicon galliæ iuxta arimi-
num olim diuidens Galliam
ab italia:
Rutuba, ex apannino in tybe-
rim fluit,

S

Strimon thraciæ plurimo gelu
ſtrictus,
Sequana galliæ luthetiam Pa-
riſiorum circumfluit uel inſu-
lam facit,
Specrhios theſſaliæ in maliacũ
mare decurrens uſq3 ad oram
locridis,
Syrapus lucaniæ.
Selinus meſſaliorum a quo ci-
uitas Selinis dicta quod apiũ
ibi plurimum naſcitur,
Sagaris phrygiæ ad caſtellum
berecynthium,
Sebetos Neapoli in campania,
Sarnus Nuceriæ ex ſarone flu-
uio adriæ per campaniam de-
currens,

Simetos, Siciliæ uicinus Palicis.
Sylea, in Lucania oppido Alburno.
Sicoris hiſpaniæ iuxta Ilerdam
Saron adriæ,

T

Tigris, parthiæ qui ſub terra means rubro mari miſcetur,
Taurominius, inter Siracuſas & meſſenam a quo oppidum
Tauromenium quod oppidū euſeboncora dicitur.
Turia hiſpaniæ quod ualētiam paruo interuallo preterfluit,
Tanager Lucaniæ,
Tybris idem Tyberis idem albula qui ex radicibus montis apænini ex ætruria Romā decurrit quōdam tuſcos diuidēs
Tanais, Siciliæ aſiam ab Europa diuidit,
Thermodoon, colchos & amagonas diuidit,
Traſymenos lydiæ,
Tapſus, aphricæ iuxta ruſſicade
Triopala, qui & aſſorus iuxta albomagarenſium,
Thermus umbriæ,
Tagetha, Laconices ubi filios ſuos moris habent durare frigore aquæ,
Titareſſos, Theſſaliæ qui & orcus in peneum decidit, nec ei miſcetur & ſuper eum funditur quem ſtigia palude creſcere quidam affirmant,

V

Vulturnus campaniæ a quo oppidū iuxta puteolos uulturnū
Virbius laconices ubi hippolytum Eſculapius arte medicine reddidit uitæ, unde & Virbius dictus,
Vfens tarracinæ proximus,
Varus hic nunc galliam ab Italia diuidit ante Rubicon.
Vlulens, dirrachii, unde aqua his ducta,

X

Xanthus troiæ ilio proximus,
Xanthus lyciæ unde & ciuitas

Expliciti amnes p litteras in ordinem digeſti,

Incipiunt fontes fœliciter,

A

Aganippe boetiæ,
Acidalia, in orcomeno,

C

Clitumnus meuaniæ

Clanius a cerre in campania qui cum creuerit peſtem terre meditatur,

Caſtalius delphis,

Clitor arcadie qui potus uinum in odium adducit.

Camenarum Romæ,

D

Dirceus boeciæ.

E

Eſſus ſodi.

G

Garga euboeæ ubi acteon laceratus,

H

Hippocrene boetiæ in archadia

I

Ineſſa rodo a quo ſiciliæ ciuitas moſſa,

L

Libetris boetiæ.

Liriope ubi narciſus ſe cōſpexit

M

Menais leontinorum per quē timent iurare ciues eius loci,

S

Spandaeus in inſula coa aſiæ,

Salmacis cariæ ex quo quis bibit molleſcit/ideſt obſcenus fit

T

Timauus aquileiæ galliæ.

V

Vituinus laconices.

Expliciti fontes

Incipiunt lacus,

A

Auernus immenſe altitudinis cuius ima pars deprehendi non poteſt.

Acheron, qua ad inferos creditur iri

Aecitus apolloniæ.

Ampſanctus lucaniæ cuius halitus uolucres necat,

C

Ciane ciracuſis p quem anopes tranſit per ſtigia paludem,

Cocitos, inferorum,

Cimini ætruriæ.

F

Feronia tarracinæ,

Fucinus marſis,

H

Hamonnis aphrice, qui ortu ſolis & occaſu incandeſcit reliquo tempore gelidus eſt,

I

natha mana lacus lunæ tenua li gna accēdit ex quo q bibit aut in inſaniā uertit̃ aut in ſoporē.

L

Laruis galliæ ciſalpinæ,

Lucrinus Campaniæ.

Lemannus galliæ.

M

Mareotis Egypti, unde uites mareoticæ.

Triuic lacus aritiæ.

V

Velinus inter nar & habentem

Venatius galliæ, unde mincius fluit,

Expliciti lacus,

Incipiunt nemora,

Anguiae uel anguitiæ lucaniæ,

C

Clatium Colophoniæ.

D

Dodona Epiri,

L

Lualium in inſula Cypro,

M

Molorcus in nemea a molor cho hoſpite Herculis,

S

Syla Brutiorum,

T

Timbra phrigiæ ab Herbe nō mine que latine dicitur cyanæ

Tempe theſſaliæ,

Explicita nemora

Incipiunt paludes.

A

Ambracia achaiæ:

Aſia aſiæ cui caſtros prope eſt,

C

Camerina nunc ante heſperiæ dicta Syracuſus,

L

Lerna arcadie ubi hydra centū capita quam hercules occidit

M

Meothis, Scithiæ,

P

Pontina tarracine foro appi,

Paduſe Galliæ a pado dictæ,

S

Stix inferorū a ſtige oceani filiā

Satura inter anthium & Cere ceos eadem ſtatura,

Strimon Thraciæ,

Salpina in Adriatico,

T

Triton Thraciæ, in quo qui ſe

nouies immerſerit in nauē cō
uertitur,

Tyraca ſyracuſis

Explicite paludes

Incipiunt montes,

Aracynthus in attica quidam
in arcadia dicunt,

Aruis in inſula Chio unde ui-
num Aruiſium,

Atlas in ultima aphtica cingens
mauritaniam,

Aſcreus unde uicus in boecia
unde heſodus,

Auentinus Romæ unus e ſe-
ptem montibus,

Alburnus lucaniæ,

Alpes Galliam togatam a co-
mata diuidunt,

Aetna Siciliæ flammā emittēs

Agragas Siciliæ iuxta gelam,

Athos thraciæ,

Apenninus Italiæ uſq; ad anco
nam porrectus,

Albanus in latio.

Arentinus, in quo ciuitas præ-
neſtæ,

Amanus capadociæ,

Aganippæ boetiæ, ante enippe
dictus.

B

Berecinthius phrigiæ,

Baebius cāpaniæ flumē mitēs

Boreas ditrachii

C

Citheron thebis,

Cynthus deli.

Caucaſus indiæ parthis & hyr-
canis iunctus,

Cythorus in ponto paphlago-
niæ buxo potens,

Celius Romæ unus e ſeptem
montibus,

Cybelus phrygiæ.

Clarius colophoniæ a quo apo
lo Clarius,

Cylleneius arcadiæ unde mercu
(rius,

Catyllus tiburti.

Coras item tiburti,

Cinirus piceno,

Chymera licyæ,

Calpe ſiciliæ freto imminet

Ciminus etruriæ,

Calpæ Hiſpaniæ,

Coricos ciliciæ ubi optimum
crocum innaſcitur

Caſtalius delphis,

D

Dicteus cretæ.

Dodona chaoniæ,
Dyndima phrigiæ,

E

Erix Siciliæ,
Erimantus, arcadiæ.
Exquilinus, Romæ unus e ſeptem montibus,
Eridanus dirrhachii,

G

Gargarus in phrigia idæ montis cacumen,
Gaurus campaniæ,

H

Helicon Aoniæ boetiæq; musis ſacer.
Hyperborei thraciæ ultra plagam aquiloniam,
Hemus thraciæ.
Haemimedinus iberie pōticæ,

I

Iſmarus thraciæ inſignis, oleo & uino,
Ida in troade alius in Creta,

L

Licæus arcadiæ ubi pan præcipue colitur,
Libetris ætoliæ,

M

Mænalus arcadiæ in tegea,
Maſſicus campaniæ in ſalerno.
Marpeſſos in inſula paro,
Monoecus Illiriæ.
Maxteria iuxta oppidum aurone Hiſpaniæ.
Maeſulus qui ueſulus in Campania,

N

Niphates armeniæ in perſide,
Neritos ithace a quo & portus,
Nyſa indiæ,
Naemus deonenſium,

O

Olympus Macedoniæ altiſſimus qui altitudine ſua ſuperat pluuias & nubes,
Oſſa theſſaliæ,
Othrys thraciæ,
Oethaeus theſſaliæ/ubi Hercules combuſtus eſt,
Oemphyle dyrrachii.

P

Parnaſus phocidis duobus uerticibus ſurgens,
Pindus theſſaliæ,
Parthenius arcadiæ.
Phaneus qui uino inſignis,
Palatinus, Romæ unus e ſeptem montibus,

Pelios thratiæ ubi centauri nati
Pireneus galliam ab Hiſpania diuidit.
Pylarthes dirrachii,
Petræ dirrachii caſtra pompei magni,

Q

Quirinus Romæ unus ex.vii, montibus,

R

Rhodope thraciæ.
Rhiphæi ſcithiæ.
Ramnuſium ſcorde.

S

Saturnius Romæ qui & capitolinus idem & tarpeius
Soractes faliſcorum,
Sarnus nuceriæ,
Sypilus lydiæ,
Steſianis/moloſiæ.

T

Tarpeius Rome unus e ſeptem montibus,
Tænarus laconices
Tinodus lidiæ uino inſignis
Taburnus ſamnitium oliuifer,
Tagera laconices.
Tettica Sabinorum,
Tenitius Macedoniæ proximus appollonie in conſpectum dirrhachii.

V

Velinus Rome unus e ſeptem montibus.
Veſulus apuliæ.

Expliciti montes
Incipiunt gentes

A

Agathyrſi ſcithiæ ptis europe
Acarnanii epirotæ europe,
Apuli italici partis aſiæ,
Aethiopiæ indi aſiæ.

B

Baroei, mauri libiæ.

C

Chalybes in ponto europæ,
Cicones thraciæ.

D

Dryopes focenſes europæ
Daci ſcithiæ europæ,

G

Getuli aphri libiæ,
Germani europæ,
Getæ thraces europæ,
Geloni thraciæ picti corporis parte,
Garamantes mauri libiæ,
Gangaridæ indiæ.

H

Iiſpania europæ

I

ndi arabes aſiæ

thei ſiri uſui ſagipte periti.

K

Kares aſiæ.

L

Lydi partis aſiæ

aphite theſſali europæ.

Lycii aſiæ.

Leleges carie europe.

ucani itali europæ

M

Maſſilii aphri.

Mauri lybiæ proximi

Magempuri libiæ

Marſi italici europæ

nedi thraciæ proximi

norini oceani iuncti europæ

N

Numide mauri libiæ

O

Oſci ſamnites italici europæ,

P

Paraſii arcades europe

Pannoni illirici europe

Philiride europe in uenetia

R

Rutili idē dauni italici europæ

S

Seres aſie ſub oriente,

Sabei arabes

Sauromatæ europæ

T

Teutones galli europæ

Tuſci italici europæ.

Thraſſes theſſali europæ.

Theſſali macedones europe

V

Volſci italici europæ

Explicitæ gentes,

¶ Incipiunt nomina regionum cum prouinciis ſuis.xvii.&.c.xv, ciuitatibus.& primo de urbibus gallicis

¶ Lugdunum. Deſideratā mō tem. Aremorici. Ante mare, A Antemore dicit mare. Et iō mor mimari. Areueini. Ante obſta rodanum Violētū. Nam chro minium. Dani iudicem. hoc eſt gallice/hoc & hebreæ,

¶ Noīa prouinciarum Romā norū in italia numero.xvii.

¶ Campania in qua eſt Capua Tuſcia cum umbria: Emilia fla

minia in qua eſt Rauenna: Picenum Liguria/in qua eſt Mediolanum: Venetia cum Iſtris in qua eſt Aquileia/ Alpes Cociæ. Samnium. Apulia cum Calabria in qua eſt Tarentus: Bructia cum lucania. Retia prima Retia ſecunda/Sicilia. Sardinia/Corſica Alpes græciæ.

¶ Gallrarum prouinciæ numero. xvi.

¶ Viennenſis, Narbonenſis prima: Narbonenſis ſecunda/Aquitanea prima Aquitanea ſecũda. Nouem populana Alpes maritime Beligica prima in qua eſt Treueris Beligica ſecunda in qua eſt tranſitus ad Britanniam

¶ Germania prima ſuper Rhenum. Germania ſecunda ut ſupra. Lugdunenſis prima/Lugdunenſis ſecunda ſuper occeanum, Lugdunenſis tertia: ut ſupra ſenoniam Maxima ſequanorum Alpes greciæ.

In Aphrica prouinciæ numero ſex,

¶ Proconſularis in qua eſt Cartago. Numida: Bizãtiũ Tripolis Mauritania ſitifenſis Mauritania ceſarienſis,

¶ In Iſpania prouincie numero ſeptem,

¶ Tarragonenſis/ Carthaginenſis Betica / Luſitanea/ in qua eſt Emerita: Galletia, Inſulæ Baleares, Trigitani a trãſfretum quod ab Occeano infuſum terras intrat inter Calpen, uel Abinna:

¶ In Illirico proinciæ numero nouemdecim

Dalmatia ſupra mare, Pannonia prima in qua eſt ſyrmium, Pannonia ſecunda, Valeria præuales: Miſia ſuperior, Epyrus uetus, Epyrus noua, Noricus ripẽſis ſupra Danubium, Noricus mediterranea, Fauia/ dardania, Hememotus, Datia, Scythia, Creta inſula, Achaia, Macedonia Theſſalia,

In Tracia prouinciæ numero ſex.

Thracia prima, Thracia ſecunda, Miſia inferior in qua eſt Conſtantinopolis quæ prius Lucus dicta eſt, ſiue Bizantium Rhodopa,

In Aſia prouinciæ numero duodecim,

Aſia ipſa in qua eſt ylium idem Troia, Litia, Gallatia, Lidia, Caria, Helleſpontus, Pamphilia, Piſidia, phrigia prima, Phrigia ſalutaris, Licaonia. Ciclades,

In Oriente prouinciæ numero decem,

Syria Ciciliæ in qua eſt anthiochia, Syria Paleſtina Syria Phenicæ, iſauria, Cicilia iuxta montem taurum, Cypros, Meſopotamia inter Tigrim & Vfratem: Eufratoſia, Noi doene, Soſanee,

In Ponto prouinciæ numero Octo.

Põtus polemaicus. Põtus amaſia: nonoriada bitinia Aflaconia/Armẽia minor Armẽia maior, Capadocia,

In Egypto prouinciæ numero ſeptem,

Egyptus ipſa in qua eſt Alexandria, Auguſtamnis, & Thebaida, libia ſicca, libia Pentapolis, Arcadia,

In Britannia prouinciæ numero quinq;.

Britannia prima, Britannia ſecunda/Flauia, Maxima, Valentiana, Fiunt ſimul prouinciæ numero, C. xii. Italia, Gallia, Aphrica, hiſpania, illiricus, Thracia Aſia, Oriens, Pontus, Egyptus: Britãnia/numero, xi.

Incipit liber prouinciarum Italiæ,

Omnis italia quæ uerſus meridiẽ uel potius in eo extendit tyrreni aut adriatici maris fluctu àbiturs ab occiduo uero ab aqlone iugis alpiũ ita circuncluditur ut niſi per anguſtos meatus & p ſumma mõtiũ iuga nõ poſſit

habere introitum. Ab orientali uero plaga que Panno-
niæ coniungitur: & largius patentem & planiſſimũ ha-
bet ingreſſum. hec tota in. xviii. prouincias extat diuiſa/
quarum prima Venetia eſt. Q uæ non ſolũ i paucis in
ſulis: quas nunc Venetias dicimus conſtat/ſed eius ter-
minus a pãnonie finibus uſq; ad adduam fluuium pro
telatur. Probatur hoc annalibus libris in quibus legitur
Pergamus ciuitas eſſe Venetiarum. nam & de lacu Be-
naco in hiſtoriis ita legimus. Benacus lacus Venetiarũ/
de quo mincius fluuius egreditur. Eneti enim apud la-
tinos una littera addatur. grece laudabiles dicuntur.
Venetie enim cuius hiſtria connectitur: & uterq; pro
una prouincia habetur. hiſtria autem ab hiſtro fluuio
cognominatur que ſecundum Romanam hiſtoriã am
plior quam nunc eſt fuiſſe prohibetur. huius Venetie aq
leia ciuitas extitit caput. pro qua nunc forum iulii ita di-
ctum ꝙ iulius Ceſar negotiationis forum ibi ſtatuerat
haberetur. Non abre eſſe arbitror/ſi etiam ceteras italiæ
prouincias breuiter attingamus. Secunda prouincia Li
guria a legendis. i. colligendis leguminibus quorum ſa-
tis ferax eſt nominatur: in qua Mediolanum eſt & Tici
nus que alio nomine Papia appellatur. hec uſq; ad gal-
lorum fines extenditur. Inter hanc & Sueuiam/ hoc eſt
Alemanorum prouinciam que uerſus ſeptentrionẽ eſt
poſita due prouincie. i. Retia prima & Retia ſecunda in-
ter alpes cõſiſtunt in quibus proprie reti habitare noſcũ
tur. Q uinta uero prouincia alpes Cocie que ſic a Co-
cio Rege qui Neronis tempore fuit appellate ſunt. hec a
liguria in Eurum uerſus uſq; ad mare tyrenum extẽdit

ab occiduo uero gallorum finibus copulatur, In hac aquis ubi aquæ calidæ ſunt, Dertona & monaſterium boium, Genua quoq; & Saona habentur, Sexta pro-uincia Thuſcia eſt quæ a thure quod populus illius ſu-perſtitioſe in ſacrificiis deorum ſuorum incēdere ſolebat ſic appellata eſt, Hæc habet intra ſe circium uerſus au-reliam/ab orientis uero parte umbriam. In hac ꝓuincia Roma quæ totius mundi caput eſt, eſt conſtituta.
In umbria uero quæ iſtius in parte ponitur Peruſium & lacus ditorius Spoletumq; conſiſtunt, Vmbria autem dicta eſt quæ imbribus ſuperfuerit cum aquoſa Clades olim populos deuaſtaret, Septima quoq; prouincia cā-pania ab urbe Roma uſq; ad Syler Lucaniæ fluuium producitur in qua opulentiſſime urbes Capua Neapo-li & Salernum conſtitutæ ſunt. Quæ ideo Campania appellata eſt propter uberrimam Capuæ planitiem. Ce-terum ex magna parte montuoſa eſt, Porro octaua lu-cania que nomen a quodam luco accepit: A ſilere fluuio inchoat cum brutia, quæ ita a Reginæ ſuæ quondam nomine appellata eſt: uſq; ad fretum ſiculū per ora ma-ris Tirrheni ſicut due ſuperiores dextrum Italiæ cornu tenens pertingit, In qua Peſtum & lainus Caſſianum & Coſentia Regiumq; poſitæ ſunt ciuitates, Nona deni-q; prouincia in appenninis alpibus computatur que in-de originē capiunt, ubi coctiarū alpes finiūtur, hec appē-ninæ alpes per mediam italiam pergentes & tuſciam ab Emilia Vmbriamq; a flaminia diuidunt in qua ſunt ci-uitates Feromanum & montem uellium. bobium & ur-binū necnō & oppidū quod uerona appellat̄, alpes aūt

āppēninæ dictæ ſunt a punicis hoc eſt Annibale & eius exercitus qui per eaſdem Roma tendentes tranſitū habuerūt ſunt q alpes cocias & Appēninas unam dicunt eſſe prouinciam ſed hoc uictoris reuincit hiſtoria q̄ alpes cocias per ſe prouinciā appellat/Decima porro emilia a liguria incipiens inter appenninas alpes & padi fluēta uerſus Rauennam tendit. Hec locupletibus urbibus decoratur. Placentia. ſ. Parma regio & Bononia, Corneliiq; foro cuius caſtrum Imola appellatur. Extiterunt quoq; qui Emiliam & ualeriam Nuruſiamq; unam ꝓuinciam dicerent. Sed horum ſententia ſtare non poteſt quia inter Emiliā & Valeriam: Nuſiamq; Tuſcia & umbria ſunt conſtitutæ. De hinc undecima prouinciarū eſt Flaminia quæ inter Appenninas alpes & mare eſt adriaticum polita. in qua nobiliſſima urbium Rauenna / & quinq; aliæ ciuitates conſiſtunt quæ Græco uocabulo Pentapolim appellantur. Conſtat autem aureliam. emiliamq; & Flaminiam a conſtratis uiis / quæ ab Vrbe Roma ueniunt. & ab eorum uocabulis a quibus ſunt conſtractæ talibus nominibus appellari, Poſt Flaminiam. xii. Picenum occurrit habens ab auſtro appenninos montes ex altera uero parte adriaticum mare, hæc uſq; ad fluuium peſcariam pertendit. in qua ſunt ciuitates, Dirmum/Aſculum & pinis etiam uetuſta & conſumpta adria, quæ adriatico pelago nomen dedit huius habitatores cum aſauinis illuc properarentur in eorum uexillo picus conſedit, atq; hac de cauſa Picenum nomē accepit. Porro. xiii. Valeria cui eſt Nurſia adnexa / inter umbriam & Campaniam Picenumq; cōſiſtit/ quæ ab

oriente Samnitum regionem attingit. Huius pars occi dua quæ ab urbe Roma initium capit. Olim habet tuſcorum populos & Tuſcia dicta eſt. hæc habet urbes tibur. Carceolos: reate / Furconem & Amiternum. regionemq; marſorum & eorum lacum qui fucinus appellatur. Marſorum quoq; regionem ideo intra Valeriā prouinciam extimo computari: quia in Catalogo prouīciarum Italiæ minime ab antiquis deſcripta eſt. Si quis autem hanc per ſe prouinciam eſſe uera ratione probauerit huius ratio ab illis ſententia modis erit omnibus tenēda

Quartadecima Samnium inter Campaniam & mare Adriaticum. Apuliamq; a Piſcaria incipiens habetur. In hac ſunt urbes. Theate. Aufidena, Hyſernia. & antiquitate conſumpta. Samnium a qua tota prouincia nominatur & ipſa harum prouinciarū caput ditiſſima Beneuentum. Porro Samnites nomen accepere olim ab haſtis quas ferre ſolebant. quas Græci ſanya appellant,

Quintadecima prouinciarum eſt Apulia, conſociata ſibi Calabria, intra quam eſt regio Sallentina: hæc ab occidente uel Aphrico habet Samnium & Lucaniam A ſolis uero ortu Adriatico pelago finitur. Hæc habet urbes ſatis opulentas, Luceriam, Sipontum Canuſiū Agerentiam, Brunduſium. & Tarentum, & in ſiniſtro Italiæ cornu. quod. L. milibus extēdit aptam mercimoniis Idruntum, Apulia aūt a perditione nominat. citius enim ibi ſolis feruoribus terræ uirentia perdunt. Sextadecima prouincia Sicilia inſula computatur quæ thyrreno mari ſeu ionio alluitur. deq; ſiculi ducis proprio nomine nuncupatur. quæ olim in calaritidi extremo iūcta

perhibetur italiæ, unde & una prouinciarum eius a cõ pluribus deſcribitur/ſed per anguſtiam ſeculi diluuii localis. Nam non generalis fretum illud in quo ſcilla eſt, & caribdis ſciſſam inſulam illam reddit unde etiam urbs nicabritidi premiſſo extremo in littore poſita ab Eolo rege uentorum concedente hercule condita Regiũ qua ſi ſciſſum nominatur Regina quippe eolice ſciſſo appellatur: in qua uidelicet nobiliſſima: ſpecioſiſſima/ ſeu opulentiſſima diuerſarum ſpecierum : atq; ſemper tyrannica plurime ciuitatis fuere, e quibus egregias urbes ſubter intexui, In primis primam & caput ceterarum Syracuſam, in qua ſanctiſſima uirgo & martyr Chriſti Lucia ſuis corruſcat uirtutibus, Cathania qua ſplendidiſſima Agatha atq; uirgo & martyr Chriſti ſanctificat, Item Tauromena. Meſſana: Dyane/Tyndareum Acatium/ Colan/Abeſa/Refaludin: Termis/Selenus: Ponormũ Segeſta/Drepanum: Lilybeon/Labodes: ſelinis/Tonacum/Portum/Plcaron/Ceſarea/Inna portum. Item a ſuperiori parte Syracuſane urbis eſt ciuitas que dicitur Ibia/Morganum/Centurica: Ticcon: Meſtratim/Noloma. Artera: Diuia appollinis/Sebtus. Aetna: iuxta panormum uero ciuitas eſt. Niſira/Citacia. Parapon/Preſtus Moturum: Acris: Mutaca/Egeſtia/Caripa/Hilen Caluiſana: Agrigentum &c. Porro ex alia parte iuxta p̃ſcriptam ciuitatem Panormum eſt ciuitas que dicit̃ herbita Maliſtrata: Pracara/Augurion/Meſtraton: Enna Sicilia inſula tria habet promontoria: unum quod Pelorum & aſpicit aquilonem cui meſſana ciuita proxima eſt/Secundum Pachinum, Tertium Lilibeum/& dic-

gitur in occaſum: a Peloro in Pachinum milia paſſuum clix. a Pachino in Lylibeum. clxxvii. ab oriēte mari adriatico. Fretum autem appellatum ꝙ ibi ſemper mare ferueat, Nam fretum eſt anguſtum & quaſi feruens mare ab undarum feruore nominatum ut gaditanum uel ſiculum. Fretum Sicilie quod regium dicitur. Saluſtius tali ex cauſa uocata ſcripſit dicens. Italie olim Siciliā cōiunctam fuiſſe & dum eſſet una tellus medium ſpatium aut per humilitatem obruptum eſt aquis aut per anguſtiam ſciſſum: & inde regium nominatum: quia grece abruptum hoc nomine nuncupatur, Eſt autem altiſſimum trium milium ſpacio Siciliam ab italia diuidēs fabuloſis infame monſtris, Septimadecima prouícia corſica/a duce ſuo corſo nomen accepit que habet in longū miliaria. clx. & in latum. xxvi. e cuius ſubactas urbes intuli/id eſt marianis Colonia Iulii/Turrinium: Cœniū: Agragum. Octauadecima prouincia Sardinia que in Thyrrenis fluctibus ambitur, & Sardo eius Herculis filio nominatur/qui cum magna multitudine ad libyā eſt profectus. Sardiniam occupauit & ex ſuo uocabulo inſule nomen dedit. que tenet in longum miliaria. ccxxx & in altum. clxxx. In qua plurime fuerūt ciuitates quarꝫ urbium nomina ſubnexa ſunt. Catalis agenorum. Sulci Sardi. Parias. Neapolis. Othoca/Tarri Boſa. Annus Agrus corni/Turris libriſonis: Colonia/Vilia/Adſelola: Sacercin. Bibium. Item erga preſcriptam ciuitatem caralis ſunt ciuitates nora: Preſidium/Caſtra fœlicia/Ex alia quippe eiuſdem Caralis parte ſunt ciuitates. Aſſimātium/ſaria/ſanapis/ſarphat: Canganica/Cuſtodia/Ru

brienſis/Pyreſſe, Paurine, patyne. Ignoui. Sardinia quoq; quem apud Tymeum Sandaliotem legimus / hic Cuuiniua & apud Criſpum in quo mari ſita ſit quos incolatum auctores habeat ſatis crebre dictum eſt, Nihil ergo attinet dicere ut Sardus Hercule norax Mercurio procreati, cum altera Lybia alter abſq; Tarteſo. Hiſpaniæ in hoſce fines permeauiſſent a Sardo terræ a Norace Nore oppidum nomē datū. Mox Ariſteo regnante his ꝓximū in urbe calari quā cōdiderat cōducto populo utriuſq; ſanguinis ſeiuges uſq; ad cōgentes ad unū morem coniugaſſe imperium ex inſolertia nihil aſpernatas. Sed & hic ariſteus colaū creat q ad id locoꝝ agros ibi incedit. Præterea & ylienſes & locrenſes tranſeamus.

Item de prouinciis Italiæ ſecundum quoſdam philoſophos.

¶ Prima igitur prouinciarum Italiæ liguria eſt ubi conſtructa cernitur Mediolanus nobiliſſima urbs / in qua ſanctiſſimus requieſcit Ambroſius. Secūda Hyſtria cū Neuſtria q̄ Venetiaꝝ antiqua dinolcitur. Tertia propinqua præſcriptæ Liguriæ tranſpadinæ. ob conſtructam uiam a romanoꝝ & cōſule Emilio Emilia prouincia ē Q uarta ad ſinū maris adriatici eſt prouincia Flaminia quæ & ipſa ſimiliter a conſtructa uia per conſulem Flaminium tale nomen ſortita eſt. In hac circa potētiſſima & auctentica urbium ſita conſiſtit Rauenna/in qua requieſcens præſul & martyr appollinaris. Q uinta prouinciarum Italiæ & Annonica pentapolenſis eſt / ſuper quam regio eſt. quæ caſtellanorum appellara eſt ab antiquis. Sexta a maris ſinu adriatici iuxta præſcriptam pē

tapolim prouincia Picinum ſpolecii ſauſienſis eſt.
Septima prouincia Dardenſis eſt. Octaua coniunctam habens ſibi rapigiam a ſuperiori.i.occidentali plaga, & a ſuperiori ideſt Orientali regionem ſalentinam quæ & Locria antiquitus dicta eſt. prouincia Apulia eſt quam alii ob nimiam fertilitatem omni copiarum Epulia pronunciant. quaſi epulum ideſt brandium paratum omni tempore, Nona Calabria: quæ primitus ab antiquis Britamnia dicta eſt, ob immenſam affluentiã totius delitiæ atq; ubertatis, Hæc a ſuperiore parte ſui a mare magno gallico ſeu thyrreno in adriaticum pertractum prouinciam habet Lucaniam, quæ autentico nomine id eſt Græco Leucania dicitur. Decima quippe deſcribitur in nullo inferior dapſilitate copiarũ Apuliæ uel calabriæ, Sed magis habundantior quæ ſcilicet Leucania ob nitorem proſpectus ſui tale nomen ſortita eſt. Vndecia prouincia Italiæ eſt Samnium nobiliſſima ut retro re redeam in qua eſt Beneuentus habens ſibimet marſorum regionem connexam a dextro Romã euntibus latere, Duodecima eſt Campania uenuſtiſſima omniũ fertiliſſima atq; famoſiſſima in qua eſt excellentior urbiũ Capua, Tertiadecima Tuſcia nobiliſſima eſt, Quartadecima Nurſia, Quintadecima Numãtia in qua caput totius mundi præeminet Vrbs Roma, Sextadecima Etruria: quæ & Tirſinida. Septimadecima Vmbria. Octauadecima Vintimilia ripariolum. Lunẽſis, quæ & Maritima.

Finitæ totius Italiæ prouinciæ.

¶ Incipit liber de Origine Situq̃ & Qualitate Romanæ urbis

REmus & Romulis duo fratres fuerunt & Romam ſibi ciuitatem ediſſicauerunt. Deinde orta eſt contentio inter eos ex cuius nomine uocaret ciuitas, Exierunt ergo in montem auentinũ ut ibi caperent augurium. Deinde a militibus Romuli interfectus eſt Remus/hinc & Roma dicitur a Romulo conditore ſuo,

¶ Incipit de ſeptẽ montibus urbis Romæ

¶ Septem montes urbis Romæ: Tarpeius/Eſquilinus palatinus/Celius/Auentinus: Quirinalis: Viminalis,

¶ De aquarũ ductibus Romã rigantibus.

¶ Nunc nomina quorũ uſibus æternæ urbis aquæ formarũ conſtructiõibus aduectæ ſunt indicemus & claudia inuenta & adducta eſt Claudio Cæſare. Martia inuẽta eſt a Marco Aggrippa, Traiana inuenta/adductaq̃ eſt a Traiano Auguſto. Tepula item a Marco agrippa inuenta deducta eſt. Alſiatina item inuenta perducta eſt a Claudio Cæſare. Alexandrina inuenta perductaq̃ eſt ab Alexandro. Virgo inuenta perductaq̃ ab agrippa Ceſare. Druſia inuenta perductaq̃ a Druſo. Præter hæc reperiuntur etiam indigenis nymphis quæ admiratus Virgo Eneam taliter Italia dixit. Nymphæ laurẽtes, Nymphæ genus amnibus unde eſt,

¶ Incipiunt regiones Vrbis Romæ cum breuiariis ſuis.

¶ Regio prima. Porta capena continet ædem honoris & uirtutis. Camenas. Lacum prometei & Veſpaſiani termas Seuerinas. & commodianas, Aream Apollinis, &

ſplenis, & calles. Vicum uitrariorum, Aream pannariã, Mutatorium Cæſaris/Balneum uolani/& mamertini, Aream carſuce / Bulinium abaſcanii/ & Anthiochiani Aedem martis/& Mineruę/& tempeſtatis/ulmenamonis/Arcum diui Veri patritii/& diui Traiani/& Druſi/ Vici. X. Aedicule X. Vico magiſtri. XLIIII. Curatores. II. Inſulæ. 2250. Domos. CXX. Horrea. XVI. Balnee. LXXXVII. Lacus. LXXXI. Piſtryna. XX. cõtinea autem pedes. CCXXV.

❡ Regio ſecunda continet templum claudii. Macellum magnũ. Lupanarios. Antrũ Cyclopis. Cohortes. v. Vigulum. Caſtra peregrina. Caput haſtæ. Arborẽ ſanctã. Domũ phylippi. Victiliana. Ludũ matutinũ & galleũ. Spoliariũ. Saniariũ. Armamentariũ. Micã aureã. Vici. vii. Aedicule. vii. Vico magr̃i. xlviii. Curatores. ii. Inſulæ. M. cccccc. Lacus lxv. Piſtrina. xv. Cõtinet autem pedes. MMcc.

❡ Regio. iii. Iſis & Serapis continet & monetam. Amphitheatrum|quod capit loca. cclxxxvii. Ludum magnũ & datium. Domũ bruti preſentis/ Sammũ coracũ / Lacũ paſtoꝝ. Scolã queſtorũ: & caplatorũ. Thermas Ticianas: & traianas. Porticũ libiæ. Caſtra miſenatiũ. Vici xii. Aedicule. xii. Vico magr̃i. xlviii. Curatores. ii. Inſulas MMccccccclvii. Domos. clx. Horrea. xviii. Balnea lxxx. Lacus. lxv. Piſtrina. xix. Continet pedes. xiiMcccl.

❡ Regio. iiii. Templũ pacis continet Porticũ aſſidatum auro: Vulcani arcã: Bucinũ: Appollinẽ Sandalarium: Templum telluris: Horrea: Caſtralia uigilum ſororũ: Colloſſum altum pedes. ccii. habens in capite radia. vii.

ſingula pedũ.xxii. Metam ſudantem Templũ Remi & ueneris, Aedem Iouis ſtatoris. Viam ſacram, Baſilicam conſtantinianã, Templum fauſtinæ. Forum trãſitoriũ Subura, Balneũ daphnidis, Vici.viii. Ediculas.viiii. Vico magiſtri.xlviii. Curatores.ii. Inſulas. M ccccclvii. Domos.cxxxviii. Hor ea.xviii. Balnea. lxv. Lacus.lxxxviii. Piſtrina.xv. Continet autem pedes.xiiiM

❡Regio quinta Exquilina cum turri, Lacum Orphei & macellum luuani, Nimpheũ diui Alexandri, Cohortes.ii.uigilum, Hortos, Palatianũ, Herculẽ, Sillanum Amphiteatrum, Caſtrenſe. Campum uiminalẽ Subager, Mineruam medicam, Iſidem patriciã, Vicos.xv. Ediculas.xv. Vico magiſtri.xlviii. Curatores.ii. Inſulas. MMMccccccccl. Domos.clxxx. Horrea. xxii. Balnea. lxxv. Lacus.lxxxviii. Piſtrina.xv. Continet autem pedes. xiiiM.

❡ Regio.vi. Alta ſemita continet Templum Saluſtii & ſerapis, Templum flore, Capitolium antiquũ Statuam mamuri uel amoris. Templum dei quirini, Malũ punicum, Ortos ſaluſtianos, Gentẽ flauiã, Thermas dioclitianas & cõſtantinianas, Decẽ tabernas, Galliana albas, Areã cãdidi, Cohortes.iii. uigilũ uicos. xvii. Ediculas.xvii. Vico magr̃i.xlvii. Curatores.ii. Inſulas. MMMccciii. Domos.clxix. Horrea.xviii. Balnea.lxxv. Lacus lxxii. piſtrina.xvi. Cõtinet ãt pedes. MMMMMcccccc

❡ Regio.vii. Via lata continet autẽ lacum ganymedis Cohortes primarum uigilum, Arcũ nouũ, Nimpheũ Iouis. Ediculam caprariam, Campum agrippe, Templum ſolis & catra Porticũ gipſiani conſtantini, Tẽpla duo noua ſpei & fortunæ, Equos tiridatis regis armeni

orũ, Foꝝ ſuariũ, Ortos largianos, mãſuetas, Lapidẽ ptuſum, Vicos.xv.Ediculasxv. Vico magr̃i xlviii. Cu⸗ratores.ii.Inſulas.MMMccccccccv.Domos.cxx.Hor⸗rea.xxv.Balnea lxxv. Lacus.lxxvi.Piſtrina.xvi. Conti⸗net autem pedes.xv M lcc.

¶ Regio.viii.Foꝝ romanũ magnũ. cõtinet roſtra.iii. Gẽtiũ populi Ro.Senatũ, Aureũ equũ conſtãtini Atri um mineruæ, Foꝝ cæſaris auguſti, Templũ diui traia ni & columnã coclidẽ altã pedũ.cxxviii. habẽtem intus gradus.clxxxv.& feneſtras.xxxxv. Cohortes. vi uigilũ Baſilicã argẽtariã, Templũ cõcide, & Saturni, Vmbili cũ Rome, Teplũ ſaturni & Veſpaſianititii, Capitoliũ, miliariũ aureũ, Vicũ Iugariũ, Grecoſtaſim, Baſilicã iu⸗liã, Templũ aſtroꝝ mineruæ & ueſtæ, Horrea germa⸗nici, Alia agrippiana, Aquã cernentẽ.iiii. Scauros ſub æde. Antrũ caci, Vicũ iugariũ. Vicũ unguẽtatiũ. Porti cũ margaritariũ Elephantũ herbarium, Vicos. xxxiiii. Ediculas.xxxiiii. Vico magiſtri.xlviii.Horrea.xviii. Bal nea.lxxxv. Lacus.cxx.Piſtrina.xx. Continet autem pe⸗des.xiiii M lxvii.

¶ Regio.ix.Circus flaminius. cõtinet ſtabula. iiii.Fa⸗ctionũ viii. Porticũ philippi: Minitías duas ueterẽ & frũ mẽtariã: Cryptã balbi: Theatra.iii.uel.iiii. Impmis bal⸗bi: q capit loca.xi Mccccccx. Põpei: q capit loca.iii Mlxxx⸗viii. Cãpũ martis trigariũ. Cicõias nixas Pãtheõ. Baſili cã neptũni. Matidies: & martiani. Tẽplũ diui antõini: & colũnã coclidẽ altã pedes.clxxv.habẽtẽ gradus ĩtus, cciii feneſtras.lvi. Thermas alexãdrinas & agripinas. Porti⸗cũ argonautarũ: & meleagricum. Iſium & ſcrapium. Mi neruam calcidicam. Diuoꝝ inſula elides. Vicos. xxxv.

Aediculas.xxxv.Vico magr̄i.xlviii.Curatores.ii.Inſulas MM.cclxxxviii.Domos.cxl.Horrea.xxv. Balnea.lxvi. Piſtrina.xx.Continet autem pedes.xxxiiMccccc.

¶Regio.x. palatium cõtinet & caſam Romuli. Aedem matris domini. Appolinis: Saminſi: Pentapilũ. Domũ auguſtianam & tiberianam, Auguratorium, Areã palatinam. Aedem iouis uictoris. Domum dionyſii. Curiã ueterem: Fortunam reſpiciẽtem ſeptizonium: Diui ſeueri: Victoriam germanam: Lupercal: Vicos.xx. Aediculas.xx. Vico magiſtri.xlvii. Curatores.ii. Inſulas.MM cccccccxlii. Domos.lxxxviiii. Horrea.xlviii. Balnea. xliiii. lacus.lxxxx. Piſtrina.xx. Cõtinet aũt pedes. xiMccccccx.

¶Regio xi.circus maximus.qui capit loca.ccclxxxv.cõtinet autem Templum ſolis & lunæ.aedem matris deũ Iouis arbitratoris.xii.portas: Templũ Mercurii: Cererẽ Ditem patrem: Portam trigeminam: Apollinem cœlũ reſpicientem Herculem oliuarium, Velabrum fortuniũ Arcum diui conſtantini, Vicos. xviiii. Ediculas. xvii. Vico magiſtri xviiii. Curatores.ii. Inſulas. MMcccccccl. Domos.lxxxviiii. Horrea.xvi. Balnea.xv. lacus.lxxxviii. Piſtrina.xviii. Continet autem pedes.xiMccccc.

¶Regio xii. Piſtrina publica cõtinet Aream radicariam Viam nouam: Fortunam: Mammoſa: Iſidem ante nodariam: Aedem bonæ deæ ſub ſaxane: Dinum delphini Termas antonianas.vii.domos parthorum: Campum lanatarium: Domum cilonis: Cohortes.iiii.uigilum/domum carnificis, Priuata adriani, Vicos. xvii. Ediculas. xvii. Vico magiſtri.xlviii. Curatores.ii. Inſulas MMcccclxxxviii.domos.cxiii.Horrea.xx.balnea xliiii.lacus.lxxxix

viiii.Piſtrina.xx. Continet autem pedes. XIM.
¶Regio.xiii. Auentinus continet armiluſtrium: Templũ dianæ, & mineruæ: Nymphetria, Termas ſyras, & decianas, Doloceum, Priuata traiani, Mappam auream platonis, Horrea galbæ, & anicetiana, Porticũ fabariũ, Scala caſſii, Forũ piſtoriũ, Vicos.xxxv. Ediculas.xxxv Vico magr̃i.xlviii. Curatores.ii. Inſulas.iiMccccIxxxviii. Domos.clxii. Horrea.xxxv. Balnea.lxiiii. Lacus.lxxxiii. Piſtrina.xx. Continet autem pedes. xviiiM.
¶Regio.xiiii.tranſtiberim Cõtinet Gaianũ, Frigionũ Naumachias, & uaticanũ: Ortos domitianos, Ianiculũ Molinas, Balneum ampelibis priſcidiane Statuã ualertanam: Cohortẽ. vii. uigilum: Caput gorgonis, Fortis fortunæ, Coriariam ſeptimana, Herculem cubantem, Campũ brutianũ, & codetanũ Ortos gete, Caſtra lecticariorum, Vicos.lxxxix. Ediculas. lxxxviii. Vico magr̃i. xlix. Curatores.iii. Inſulas. iiiiMccccv. Domos.cl. Horrea.xxii. Balnea.lxxxv. Lacus.clxxx. Piſtina.xxiiii. Continet autem pedes.xxxiiiMccccxxxviii.
¶Bibilothecas.totius Romæ urbis.xxiiii.
¶Obeliſcos totius Romæ.vi. inarco maximo duos/ minor habet pedes. lxxxviii. maior uero pedes. cxxii. In uaticano unũ altũ.pedes.lxxii. In cãpo martio unũ altũ pedes.lxxii.in Mauſeolo Auguſti. ii. altos ſingulos pedes.xliii.
¶Pontes.viii. Elius, Emilius, Aurelius, Tarpeus, palatinus, Eſquilinus: Vaticanus, Ianiculenſis.
¶Campi.viii. Viminalis, Agrippæ, Martis, Codetanus, Octouius, Pecuarius, Lanatarius, Brunianus,

¶ Fora.xi. Rom. magnũ: Cæſeris Auguſti, Neruæ Traiani. Anthenoba di. Boariũ. Piſtoriũ Galloꝝ Ruſticoꝝ
¶ Baſilice.x. Iulia, Vlpia Pauli, Veſtiaria, Neptũii, Matidies, Martianes, Vaſcellaria, Floſcellaria, Conſtãtiniana. Therme.x. Traianæ, Titianæ, Agrippianæ, Syrianæ, Cõmodianæ, Seuerſianæ, Antõianæ. Alexãdrinæ Dioclitianæ, Detianæ, Coſtatinianæ.
Aquæ.xix. Traiana. Ania. Actica. Martia. Claudia. Herculea. Cerulea. Iulia. Auguſta. Appia. Algẽtiana. Ciminia. Sabatina. Aurelia. Damnata uirgo. Tepula. Seueriana. Antoniana. Alexandrina.
Viæ.xxviii. Traiana. Appia. Latina. Lauicana. Preneſtina Tiburtina. Salaria. Numẽtana. Flaminea. Emilia. Claudia. Valeria. Annia. Aurelia. Campania. Hoſtiẽſis. Laurẽtina. Ardeatina. Setina. Tiberina. Quintia. Caſſia. Gallica. Cornelia. Triũphalis. Patinaria. Aſinaria. Cimina.
Capitolia.ii. Circi.ii. Amphiteatra.ii. Coloſſi.xii. Colũnæ coclides.ii. Macelli.ii. Theatra.iii. Ludi.iiii. Naumachiæ.v. Nymphea.xi. Equi.xxii. Dei aurei.lxxx. Eburnei.lxiiii. Arcus marmorei.xxxiiii. Edicule.cccxxiiii. Vico magiſtri cccccclxxiii. Curatores.xxviiii. Inſulæ per totam urbem xlviMcccccccii. Domus. Mccccccclxxxxvii. Horrea.cclxxxxi. Balnea.ccccccccclvi. Lacus.i. Puteos.ccclii. Officine piſtorie.ccliiii. Lupanaria xlv. Latrinæ. publicæ.cxliiii. Cohortes pretoriæ.x. Vrbanæ.liii. Vigilum.vii. Simul. xxi. Quoꝝ ſunt excubitoria.xiiii. Vexilla communia.ii. Caſtra equitũ. ſingularioꝝ.ii. Peregrinoꝝ. miſenatium Rauennatiũ, Tabellioꝝ, lecticarioꝝ, Victimarioꝝ, Silicariorum, Menſæ oleariæ. MMccc.

De ſeptem mirabilibus orbis & Vrbis Romę.

ORbis mirabilia multa ſunt: e quibus ſeptē principalia ſpectacula ut ſic dicam breuiter ſcribam cum aliis ſeptem mirabilibus Vrbis nouę & ueteris. Primum quidem ſpectaculū & admirabile opus orbis terraꝝ hr̄ magna ciuitas Thebarum ęgyptiaca .c. portarum, de q̄. Gre. nazanzenus & Kyriacus anconitanus mentionem fecerunt.

¶ Secundū uero ſpectaculū Babylonis mœnia quae Semiramis Regina potētiſſima ex fictilibus cōfecit, & bitumine: Quæ quidē ciuitas in circuitu habebat menſurā ſtadioꝝ. ccccxc altitudine muroꝝ cubitorū. cc. latitudine ueto. l. fuiſſe cōſtat. Tertiū quidē egregiū illud in Karia ſepulcrū ꝙ Mauſolo eiuſdē loci Dn̄o uxor eius maximū uariūq; in ſculpturis ornatiſſimum marito & ſibi poſuit ac dicauit. Quartū aūt ingētes pyramides ęgypti: de quibus plinius multa ſcripſit. Quintū deniq; celeberimus & admirabilis erat. Colloſus. æneus in Rodo cubitorum. DC. Sextum uero erat Capitoliū ipſum in Vrbe, cum aureis ſtatuis, & aris multis. Septimū & ultimū cæleberrimū illud in Cyzico Hadriani delubrū: q̄uis nōnullis placeat. Epheſinæ Dianæ Tēplum fuiſſe á tota Aſia conſtructum. ſed meo iudicio illius admirabile fuiſſe iudico & ſeptem prędicta ſuperaſſe hoc eſt noui/orbis inuentio/in quo & gentes diuerſę et infinitę inſulę/& loca incognita á tua maieſtate ad inuētta ſunt, de quibus deo dante alias multa ſcribam ad honorem dei/& ſalutem animarum/& conſolationem tue regię maieſtatis/& nouarum gentium q̄ ſub tuo trāq̄llo & aureo imperio conſiſtunt. Nunc autem de. VII mirabi-

libus Vrbis.Ro. tractandum eſt.

Prīmū admirabile opus ueteris urbis Romę erat. Aquæductus Claudii.i.s.n.eſt quem á porta Neuia ad Lateranenſem baſilicam: & inde per Celii montis dorſum ad Auētinum montem perductum fuiſſe á Caſſiodoro mōſtratur. Erogata in id opus talētum quingenta ſexaginta milia Iulius.n.frōtinus ait. Hii ſunt arcus altiſſimi ſubleuati in quibuſdam locis pedum centum & nouem: ut in mirabilibus Vrbis prędictæ ſcripſi. Alios aquæductus omitto. Erant.n.omnes tēporibus Diocliciani imperatoris decem & nouem, teſte Ruffo qui frontino poſterior fuit. Secundum uero notandum & admirabile opus erat Termarum Dioclitiani opus.in prouinciarū modū extructū, inter Baſilicā diuę marię maioris, & eccleſiā ſanctę Suſanę. Diocletianus.n.impator. cxl. xpianoꝝ milia ad id opus pluribus annis in modū ſeruitii addixit: Omitto Termas Antonianas, & Titianas: quæ quidē omnes pmę & principales erāt.xii. Tertiū notandū erat Foꝝ Neruæ impatoris cū eius circūſtantiis: ꝙ qdē Forū tranſitoriū dicebatur: ꝙ a Traiani ad alia fora trāſibatur ut dhuc ueſtigia palatii & colūnarū demōſtrāt. Dicit.n. Spartianus ſtatuas lacoſas uel pedes tres nudas uel equeſtres diuis impeatoribus in foro diui Neruæ ꝙ tranſitoriū dicitur locabat omnibus cū titulis, & colūnis æreis quæ geſtoꝝ ordinē contineret. Omitto forum Cęſaris & forum Romanum: erant.enim.numero.xvii. Quartum notādum erat palatium maius in monte palatino in quo erant areæ multę & ſtatuę pulcherrimę, cum egregia biblioteca & alia multa ædificia ſumptuoſa ut ipſa ueſtigia denotant.

DE ſeptem mirabilibus orbis & urbis Rome.

Quintum opus admirabile fuit Pantheon cũ eius cir/cumſtantiis & porticu M. Agrippę/in quo templo erant ſtatuę aureę & marmoreę/& incruſtationes diuerſorum marmorum: omitto ſtatuas eburneas & argẽteas/in auribus namq; Veneris ſtatuę erat unio maximę taxationis/quæ olim Cleopatrę reginæ fuerat/quæ uno auſtu centies ſextertium in cęna Antonii ebibit reſolutis in uaſe præcioſis Margaritis. Tegmen teſtudinis ipſius templi fuit ex laminis non plũbeis/ut nũc/ſed argenteis/quas laminas cum aureis uaſis ſubſtulit Cõſtantinus nepos Eraclii ueniens ad urbem/omitto alia multa ibidem notanda/ut in ſtationibus/& in mirabilibus ſcripſi. Sextũ notandum erat/ędificium Colloſſei.i. Amphiteatri Titi & Veſpaſiani: quod quidem opus notiſſimum in media urbe/miro lapide tiburtino extructum. Domitianus perfecit/cum incruſtatione intrinſecus & extrinſecus/cum ſignis/& in ſingulis ſupioribus arcubus erãt ſtatuæ marmoreæ/ſub tanto ædificio ſunt eloacę/adeò ut pars & maximã ędificii ſuſtineatur a Cloacis/in quo loco erant duo fontes/ex quibus aqua puriſſima ad turbam recreandã procedebat/& alia multa/ut in mirabilibus dixi. Septimum & ultimum opus admirabile erat/moles Hadriana/cum põte coniuncto/quæ omnia Helius Hadrianus imperator natione hiſpanus conſtruxerat in uaticano/in qua mole duplex ordo ingẽtiũ colũnaꝝ erat ſuppoſitus.

Quarum nomina ſunt hæc.

Hec ſunt ſeptem Ciuitatum principalium Italię.

Roma ſancta. Venetiarum urbs diues.
Neapolis amęna. Florentia pulcra.
Genua potens. Mediolanum magnum.
Bononia pinguis & mater ſciẽtiarum.
Nomina VII. ſapientum ſunt hæc. ſ.
Solon/Chilon/Pithacus/Bias/
Cleobolus, & Periander, De quibus Laertius multa ſcripſit.
Nomina ſeptem Regum Romanorum, ſunt hæc.
Romulus/ Numa Pompilius/ Tullus Hoſtilius.
Ancus Martius/Lutius Tarquinius/Seruius Tullius/& Tarquinius ſuperbus./
De numero ſeptẽnario multa in opuſculo. xv. p̄s. grad. & de numer. ſcripſi.
Reſponſa Sybillę romanis data in foliis ſcripta. ſ.

FINIS.

VICTORIS DE REgionibus urbis Romæ Libellus unicus,

Regio prima.porta Capena,

Vicus & ędis camenarum
Vicus Druſianus,
Vicus ſulpiti ulterioris,
Vicus ſulpiti citerioris
Vicus fortunæ obſequentis,
Vicus pulueratius,
Vicus honoris & uirtutis
Vicus trium ararum,
Vicus Fabriti,
Aedis martis,
Aedis Mineruæ,
Aedis tempeſtatis,
Area apollinis
Area ſpei,
Area galli ſiue thalli ſiue gallie
Area pinaria
Area carſuræ,
Lacus promothei
Lacus uiſpaſiani uel ueſpaſiani
Balineum torquati,
Balineum uectii bolani
Balineum mamertini
Balineum abaſcantiani
Balineum anthiochiani
Thermæ ſeueriane.
Thermæ commodianæ,
Arcus diui ueri parthici,
Arcus diui traiani,
Arcus druſi,
Mutatorium Cæſaris
Almo fluuius,
Vici nouem,
Ediculæ, decem,
Vicomagri, triginta ſex,
Curatores, duo,
Denunciatores, ii,
Inſulæ, iiii, mil.ccl
Domus, cxx,
Horrea, xiii,
Balineæ priuatæ.lxxxii,
Lacus, lxxxiii.
Piſtrina.xx.
Regio in ambitu continet pedes.xii.mil.ccxx. ii

Regio.ii.cœlimontium
Templum claudii..
Macellum magnum.
Campus martialis,
Lupariæ.
Antrum ciclopis.
Caſtra peregrina,

Caput aphricæ,
Arbor ſancta,
Domus philippi,
Domus uectiliana,
Regia tulli Hoſtilii tēplūq̨ q̨ is ī curiam redegit ordini a ſe aucto ideſt patribus mino⸗rum gentium,
Manſiones albanæ.
Mica aurea,
Armamentarium,
Spolium Samarium,
Ludus matutinus,
Ludus gallicus,
Cohortes quinq̨ uigilum,
Vici.vii.
Aediculæ.viii.
Vicomagiſtri. xxviii.
Curatores, ii,
Denunciatores duo,
Inſulæ, iii. Mil.
Domus.cxxxiii,
Horrea.xxiii.
Balineæ priuatæ, xx.
Piſtrina.xii.
Regio in ambitu continet pe des, xii, Mil, cc,

Regio.iii.

Iſis & ſerapys moneta,
Amphitheatrum quod capi loca.lxxxvii. Mil,
Ludus magnus,
Ludus dacicus
Domus bryttiana.
Samſum coragium.
Prætura præſentiſſima.
Thermæ titi cæſa. Augu
Thermæ Traiani cæſa, augu.
Thermæ Philippi cæſa, augu
Lacus paſtoris,
Schola queſtorum.
Schola capulatorum.
Porticus liuia.
Caſtra miſenatium,
Subura,
Vici octo,
Aediculæ.octo,
Vicomagiſtri, xxiiii
Curatores duo.
Denunciatores duo,
Inſulæ.ii. Mil. Dcclvii,
Domus, clx,
Horrea.xviii,
Balineæ priuatæ.lxxx,
Lacus. lxv,
Piſtrina.xii,
Regio in ambitu continet pe des.xii. Mil.cccel.

Regio.iiii

Templum Pacis
Templum Remi,
Templum Veneris,
Templum Fauſtinæ,
Templum telluris.
Via ſacra
Baſilica Conſtantini,
Baſilica Pauli Aimilii,
Sacriportus,
Forum tranſitorium,
Balineum Daphnidis,
Porticus aſidata,
Area uulcani cũ uulcanali ubi lotos a romulo ſata, in qua area ſanguine p biduũ pluit
Buccina aurea. uel buccinum aureum,
Apollo ſandalarius,
Horrea cartharea uel taſtaria uel Teſtaria,
Sororium tigillum.
Coloſſus altus.cii. & ſemis / habens incapite radios ſe ptem ſinguli pedum, xxii & & ſemis,
Meta ſudans,
Carinæ,
Domus Pompeii.
Auita ciceronum domus,
Vici octo,
Aediculæ octo.
Vicomagiſtri.xxxii.
Curatores, duo.
Denũciatores, ii,
Inſulæ, ii, Mil.Dcc.lvii.
Domus, cxxxviii.
Horrea. viii.
Balineæ priuatæ.lxxv,
Lacus, lxxviii,
Piſtrina.xii,
Regio in ambitu continet pe des.xiii.Mil,

Regio, V,

Exquilina cũ turri & colle Viminali,

Lacus promotei,
Macellum Liuiani,
Nympheum diui alexandri,
Cohortes, vii, uigilum,
Aedis Veneris Erycinæ ad portam collinam
Horti p'aciani uel plautiani,
Horti Mecenatis,
Regia ſerui Tullii.
Hercules ſullanus,
Amphitheatrum caſtrenſe,
Campus exquilinus & lucus.

Campus uiminalis ſub agere
Lucus petelinus
Templum iunonis lucinæ
Lucus fagutalis,
Domus aquilii iureconſulti
Q.Catuli &.M.craſſi
Ara iouis uiminei,
Minerua medica.
Iſis patricia.
Lauacrum agrippinæ
Thermæ olympiadis
Vici.xv.
Ediculæ totidem.
Vicomagiſtri.lx,
Curatores duo.
Denunciatores duo,
Inſulæ.iii,mil.Deccl
Domus.clxxx.
Lacus,lxxix,
Horrea.xxiii,
Balineæ priuatæ,lxxv,
Piſtrina duodecim,
Regio in ambitu cõtinet pe-
des,xv,mil.Decce,
Regio,vi.altaſemita.
Vicus bellonæ,
Vicus mamuri,
Templum ſalutis in colle
Quirinale.
Templum ſerapæum.
Templũ apollinis & clatræ
Templum floræ & Circus,
Floralia.
Capitolium uetus,
Diuus Fidius in Colle,
Forum ſaluſti.
Fortuna publica in colle,
Statua mamuri plumbea
Templum Quirini,
Domus attici.
Malũ punicum ad quod do
mitianus,DD,Tẽplũ gen
tis flauiæ & erat domus ſua.
Horti Saluſtiani,
Senatulum mulierum,
Thermæ diocletianæ.
Therme Conſtantinianæ
Balinea Pauli.
Decem tabernæ,
Ad Gallinas alba.
Area calidii,
Cohortes.iii.uigilum,
Vici duodecim,
Ediculæ ſedecim,
Vicomagiſtri.xlviii.
Curatores duo,
Denunciatores duo,
Inſulæ,iii.mil.D.V.

Domus, cxlv,
Horrea. xviii,
Balineæ priuatæ, lxxv,
Lacus. lxxvi,
Piſtrina duodecim.
Regio in ambitu continet pedes xv. mil. D, c,

Regio, vii. uialata,

lacus Ganymedis,
Cohortes ſeptē uigilum / aliter primorum uigilum,
Arcus nouus,
Nymphæum Iouis,
Aedicula capraria.
Campus agrippæ.
Templum Solis,
Caſta gētiana aliter gipſiana,
Porticus Conſtantini.
Templum nouum ſpei,
Templum nouum fortunæ,
Templum nouum quirini,
Sacellum genii ſangi,
Equi æneí Tiridatis
Forum ſuarium,
Forum archemorium,
Horti largiani.
Pila tyburtina,
Ad manſuetos.
Lapis pertuſus,
Vici. decem.
Vicomagiſtri. quadraginta,
Curatores duo.
Denunciatores duo,
Inſulæ. iii. Mil. ccclxxxv.
Domus centum uiginti,
Horrea. xxv,
Piſtrina. xvi.
Balineæ priuatæ. lxxv,
lacus. lxxvi.
Regio in ambitu continet pedes xii. Mil. dcc.

Regio. viii. forum Romanum

Roſtra populi Romani.
Aedis uictoriæ cum alia ædicula uictoriæ uirginis. dd, a Portio Catone.
Templū iulii Cæſaris in foro
Victoriæ aureæ ſtatua in templo Iouis opti. max,
Ficus ruminalis & lupercal uirginis,
Columna cū ſtatua, M. ludii
Græcoſtaſis,
Aedis opis & ſaturni in uico iugario.
Miliarium aureum
Senatulum aureum,

Pila oratia.ubi tropea locata nuncupantur curia
Templum caſtorum ad lacũ iuturnæ,
Templum concordiæ,
Equus æneus domitiani
Atrium mineruæ,
Ludus aimilius,
Iulia porticus.
Arcus fabianus,
Puteal libonis,
Iani duo celebris mercatorũ locus,
Regia numæ
Templum ueſtæ,
Templum deum penatium
Templum Romuli,
Templum Iani,
Forum Cæſaris,
Stationes municipiorum
Forum auguſti cum æde martis ultoris,
Forum traiani cum templo & equo æneo & columna cochlide quæ eſt alta pedes, cxxviii, habetq; intus gradus.clxxxv.feneſtellas.xlv,
Cohortes ſex uigilum,
Aedicula concordiæ ſupra græcoſtaſin,
Lacus curtius,
Baſilica argentaria,
Vmbilicus urbis Romæ
Templun Titi & ueſpaſiani
Baſilica Pauli cum phrigiis columnis,
Ficus ruminalis in comitio ubi & lupercal,
Aedis Veiouis inter arcem & capitolium prope aſylum
Vicus ligurum,
Apollo tranſlatus ex Apollonia a luculo trigĩta cubitum
Delubrum mineruæ,
Edicula iuuente,
Porta carmentalis uerſus circum flaminium:
Templum Carmentæ,
Capitolium ubi omnium deorũ ſimulacra celebrantur
Curia calabra ubi pontifex minor dies pronunciabat,
Templum iouis opti. Maxi.
Aedis iouis tonantis ab auguſto.D.D.in cliuo capitolio
Signum iouis imperatoris A prænoſte deuectum,
Aſylum,

'emplum uetus Mineruæ,
Iorrea germanica,
Iorrea agrippina,
qua cernẽs quattuor ſcaros
'orum boarium,
acellũ pudiciciæ patriciæ,
edes herculis uictoris duæ:
altera ad portã trigeminam
altera in foro boario cogno-
mine rotũda & parua,
'orum piſcarium.
edis matutæ/
/icus iugarius idẽ & thurarı⁹
ubi ſunt aræ opis & Cereris
cum ſigno uortumni,
arcer imminens foro a tullo
hoſtilio ędificatus media ur-
'orticus margaritaria (be
di litterarii,
/icus unguentarius,
edis uortumni ĩ uico thuſco
lephantus herbarius.
/ici, xii.
edicul æ totidem.
/icomagr̃i. xlviii.
uratores duo.
) enunciatores duo.
nſulæ.iii, Mil. Dccclxxx,
)omus, cl.

Balineæ priuatæ.lxvi.
Horrea. xviii.
lacus, cxx,
Piſtrina.xx.
Regio in ambitu continet pe
des.xii.Mil.Dccclxvii.

Regio.ix,

Circus flaminius,
Stabula, iiii.factionum,
Aedis antiqua apollinis cum
lauacro.
Aedis Herculi magno cuſto-
di Circi flaminii.
Porticus philippi,
Aedis uulcani ĩ circo flaminio
Mimitia uetus,
Mimitia frumentaria.
Porticus corinthia.CN, octa
uii que prima duplex fuit.
Crypta balbi.
Theatrum Balbi.Capit loca,
xxx.Mil.xcv.cl. Cæſar de-
dicauit/& appellatur a Vi-
cinitate.
Iuppiter pompeianus,
Theatrum Marcelli, Capit
loca.xxx.Mil.ubi erat aliud
templum iani.
Delubrum.CN.domitii

Carcer.clx.uirum,
Templum Bruti Gallaici.
Villa publica ubi primũ populi cenſus eſt actus in campo marrio.
Campus martis.
Aedis luturnæ ad aquam uirgineam.
Septa trigaria.
Equiria,
Horti lucullani.
Fons ſcipionum,
Sepulchrum auguſtorum,
Ciconiæ nixæ.
Panteon,
Theatrum Pompei.
Baſilica macidii,
Baſilica martiani,
Templũ diui antonii cum cochlide colũna q̃ eſt alta pedes.clxxv.habet intus gradus.ccvi.& feneſtellas,lvi,
Thermæ Hadriani.
Thermæ Neronianæ que poſtea Alexandrinæ.
Thermæ agrippæ:
Templum boni euentus.
Aedis Bellonæ uerſus portã carmentalem ante hanc ædẽ columña index belli inferendi.
Porticus argonautarum.
Meleagricum.
Iſeum.
Serapeum.
Mineruium.
Minerua Chalcidica.
Inſula phelidii ſiue phelidis,
Vici.xxx,
Aediculæ totidem.
Vicomagiſtri.cexx.
Curatores, ii,
Denunciatores duo.
Inſulæ,iii,mil. Declxxxviii,
domus, cxl,
Balineæ priuatæ.lxiii.
Horrea.xxii.
Piſtrina.xx.
Regio in ambitu habet pedes.xxx.mil.cccce

Regio.x. Palatium

Vicus padi,
Vicus Curtarum.
Vicus fortunæ reſpicientis
Vicus Salutaris.
Vicus apollinis,
Vicus inſuſq; diei.
Roma quadrata.

Aedis iouis ſtatoris

Caſa Romuli,

Prata Bacchi ubi fuerunt Ae
des uitruuii fundani,

Ara febris,

Templum fidei,

Aedis matris deum huic fuit
conterminum delubrum ſo
ſpitæ Iunonis

Domus Ceioniorum,

Suelia,

Iouis cœnatio.

Aedis Appollinis ubi lichni
pendebant inſtar arboris
mala ferentis,

Aedis deæ uitiplacæ in pala
Bibliothecæ,

Aedis rhamnuſiæ,

Pentapylō Iouis arbitratoris.

Domus auguſtana.

Domus Tyberiana,

Sedes imperii Romani.

Auguratorium,

Ad mammeam. hoc eſt die
tæ mammeæ,

Ara palatina,

Aedis Iouis uictoris,

Domus dyoniſi,

Domus. Q. Catuli,

Domus Ciceronis,

Aedis diiouis,

Velia,

Curia uetus,

Fortuna reſpiciens,

Septizonium ſeueri,

Victoria germaniciana,

Lupercal.

Vici, vi,

Aediculæ totidem,

Vicomagiſtri. xxiiii.

Curatores. ii.

Denunciatores duo.

Inſulæ. ii. Mil, Dcxliiii.

Domus, lxxxviii.

Lacus, lxxx,

Horrea. xlviii.

Piſtrina, xx.

Balineæ priuatæ, xxxvi,

Regio in ambitu habet pe
des. xii. Mil, Dc.

Regio. xi.

Circus Maximus,

Circus maximus q capit loca
ccclxxxv. Mil. xii, portæ

Templum Mercurii.

Aedis ditis patris,

Aedis cereris,

Aedis ueneris opus Fabii

Gurgitis,
Aedis Portumni ad pontem
Aimilii olim ſublici.
Porta Trigemina.
Salinæ,
Apollo cælispex.
Aedis portumni.
Hercules oliuarius,
Ara maxima.
Templum Caſtoris,
Aedis cereris,
Aedispompei
Obeliſci.ii.iacet alter,alter ere
Aedis Murciæ (ctus.
Aedis conſi ſubterranea.
Forum olitoriũ in eo colũna
eſt lactaria ad quã infantes
lacte alendos deferunt.
Aedis pietatis in foro olitorio.
Aedis iunonis matutæ.
Velabrum maius,
Vici,viii,
Aediculæ totidem,
Vicomagiſtri.xxxii.
Curatores duo.
Denunciatores,ii,
Inſulæ,M.Dc,
Domus,lxxxix.
Balineæ priuatæ,xv.

Horrea.xvi.
Lacus.lx.
Piſtrina,xii.
Regio in ambitu habet ped
xi.Mil.D,

Regio.xii.

PiſcinaPubli.

Vicus Veneris almæ.
Vicus piſcinæ publicæ,
Vicus dianæ.
Vicus ceios,
Vicus triari.
Vicus aquæ ſalientis.
Vicus laci tecti.
Vicus fortunæ mamoſæ,
Vicus Colapeti paſtoris,
Vicus portæ raduſculanæ
Vicus portæ neuiæ,
uicus uictoris,
Horti Aſiniani,
Area radicaria,
Caput uiæ nouæ,
Fortuna Mammoſa,
Iſis antenodoria
Edis bonæ deæ ſubſaxanæ,
Signum delphini,
Thermæ anthonianæ.
Septem domus parthorum
Campus lanatarius

Domus, Chilonis,
Cohortes trium uigilum.
Domus Cornificii,
Priuata hadriani,
Vici.xii.
Aediculę totidem,
Vicomagiſtri. xlviii.
Curatores duo.
Denunciatores duo.
Inſulæ.ii.Mil.cccclxxxvi,
Domus,c.xiiii.
Balineæ priuatæ.xliiii.
Lacus,lxxx.
Horrea,xxvi,
Piſtrina.xx,
Regio in ambitu habet pedes xii.Mil.

Regio,xiii.
Auentinus,

Vicus Fidii,
Vicus Frumentarius,
Vicus trium uiarum,
Vicus Ceſeti,
Vicus ualeri,
Vicus laci miliarii.
Vicus fortunati
Vicus capitis canteri,
Vicus trium alitum,
Vicus nouus,
Vicus loreti minoris,
Vicus armiluſtri,
Aedis Conſi,
Vicus columnæ ligneæ.
Minerua in auentino,
Vicus materiarius,
Vicus mundiciei,
Vicus loreti maioris, ubi erat uortumnus,
Vicus fortunæ dubiæ.
Armiluſtrum,
Templum lunæ in auentino/
Templum commune Dianæ.
Thermæ uarianę.,
Templum libertatis,
Doliolum,
Aedis bonæ deæ in auentino.
Priuata Traiani,
Remuria.
Atrium libertatis in auentio.
Mappa aurea,
Platanon,
Horrea aniceti/
Scalæ Gemoniæ,
Porticus fabaria,
Schola Caſſii,
Templum Iunonis Reginæ á Camillo, D, D, ueiis captis.
Forum piſtorium,

Vici.xvii,
Aediculæ totidem.
Vicomagiſtri.lxxiiii.
Curatores duo.
Denunciarores duo.
Inſulæ.ii.Mil. cccclxxxviii.
Domus.ciii.
Balineæ priuatæ.lxiiii.
Lacus,lxxviii.
Horrea.xxvi.
Piſtrina.xx.
Regio in ambitu habet pedes.xvi, Mil.cc.

Regio.xiiii.
Tranſtiberim.

Vicus Cenſori.
Vicus gemini,
Vicus roſtrati,
Vicus longi aquile,
Vicus ſtatuæ ſiccianæ.
Vicus Quadrati,
Vicus raciliani maioris.
Vicus raciliani minoris,
Vicus ianucleníis.
Vicus bructanus,
Vicus latum ruralium.
Vicus ſtatuæ ualerianæ.
Vicus ſalutaris,
Vicus pauli
Vicus ſex.lucei,
Vicus ſimi publici,
Vicus patratilli,
Vicus laci reſtituti,
Vicus Saufei,
Vicus Sergi,
Vicus Ploti.
Vicus uberini,
Gaianium,
In inſula aedis iouis & Aeſculapii ,&
Aedis Fauni,
Naumachiæ,
Corniſce . Vaticanius,
Hortus domitii,
Ianiculum,
Mamæ ſacellum,
Balineum anipelidis,
Balineum priſciliani.
Statua ualeriana
Statua ſicciana,
Sepulchrum Numæ,
Cohortes ſeptem uigilum.
Caput gorgonis,
Templum fortis fortunæ.
Area ſeptimiana.
Ianus ſeptimianus.
Hercules cubans,
Campus brutanus .

Campus Codetanus,	Inſulæ, iiii, Mil, ccccv,
Horri Getæ,	Domus, cl.
Caſtra lecticariorum.	Balineæ priuatæ. lxxxvi.
Vici. xxii.	Lacus, clxxx.
Aediculę totidem,	Horrea. xxii.
Vicomagiſtri. lxxxviii.	Piſtrina, xxii.
Curatores duo.	Regio in ambitu habet pedes
Denunciatores duo.	xxxiii. Mil. ccccl xxxviii,

Senatula Tria. Vnum inter capitolium & forum ubi magiſtratus cum magiſtratibus deliberant. Alterum ad portam capenam. Tertium citra ædem bellonæ in circo flaminio ubi dabatur ſenatus legatis quos in urbem admittere nolebant. Quartum ſenatulum matronarum in quirinale Antoninus Pius Baſſiani filius fecit.

Bibliothecæ undetriginta publicæ, ex iis præcipue duę Palatina & Vlpia.

Obeliſci magni ſex; duo in circo maximo. maior ē pedum. cxxxii, Minor pedum, lxxxviii. & ſemis, unus in uaticano pedum. lxxii, unus in campo martio pedū. lxxii. duo in mauſeolo Augusti, pares ſinguli, pedum. xlii, & ſemis, Obeliſci parui. xlii. in pleriſq; ſunt notę ægyptiorum.

Pontes octo,

Moluius/Aelius/uaticanus: Ianuclenſis. Fabricius: Ceſtius Palatinus: Aimilius qui ante ſublicius.

Campi. viii.

Viminalis/Exquilinus/Agrippæ: Martius/Codetanus/ Bructanus/Lanatarius/pecuarius/unus ultra Tyberim campus uaticanus extra numerum.

Fora,.xvii

Romanum quod dicitur magnũ Cæſaris Auguſti: boariũ/Tranſitorium/Holitorium. Piſtoriũ: Traiani: Aenеobarbi: ſuariũ. Archemorium/Diocletiani. Gallorum: Ruſticorum. Cupedinis/Piſcarium/Salluſti,

Baſilice,xi,

Alpia/Pauli/ueſtini/Neptumnii/Macidii/Martiana/uaſtellaria: Floſelli/Sicimini: Cõſtãtiniana: Baſilica Portia a portio Catone facta.

Thermæ.xii.

Traiani: Titi: agrippæ/Siriacæ/Commodianæ/Seuerianæ/Antonianæ: Alexandrinæ. quæ Neroniane, Diocletianæ: Decianæ/Conſtantiniane/Septimianæ,

Iani, per oĩs regiones incruſtati& adornati ſignis duo precipui ad arcum Fabianum ſuperior inferiorqꝫ,

Aquæ,xx.

Appia. Martia/uirgo/Claudia/Herculanea/Tepula. Dãnata/Traiana: Annia/Halſia ſiue Halſientena que auguſta: Cerulea: Iulia/Algentiana: Ciminia/Sabbatina/Aurelia. Septimiana/ſeueriana/Antoniana, Alexandrina.

Viæ, xxix.

Appia/Latina/labicana/Campana. Preneſtina/Tiburtina/collatina: Nomẽtana q̃ figulẽſis. ſalaria: Flaminia: aimilia/Claudia: ualeria: Oſtiẽſis: laurẽtina/ardeatia: ſetina: Quĩtia: Gallicana/Triũphalis: Patinaria: Ciminia: cornelia: Tiberina: aurelia: Caſſia/Portuẽſis/Gallia: laticulenſis Capitolia.ii.uetus & nouum. amphitheatra duo. Coloſſi ii. Colũne coclides.ii. Macella.ii. theatra.iii. ludi.v. naumachie.v. Nymphea.xi. Equi enei inaurati.xxiiii. Equi eburnei.xciiii. tabule ſigna ſine numero. arcus marmorei, xxxvi

Lupanaria.xlv.Latrine publice.cxliiii, cohortes pretorie.x cohortes urbane.iiii.cohortes uig.vi.excubitoria.xiiii.uexilla.ii.cõmunia caſtra peregrina.caſtra miſenatium. Caſtra tabellariorũ.caſtra.lecticariorũ.caſtra uictimariorum. caſtra ſalgamariorum, caſtra ſalicariorum/caſtra equitũ ſingulorum.ii.Menſe olearie .xxiiii.Mil.

Hiacynthus arpinas.

Iacebat inter Publius blatas ſitumq̃.
Et barbaram improbamq̃ ſoricum famem
Heu Roma quantũ amiſerat decus. flebãt
Delubra/colles/porticus/baſilicę.
Vici:inſulę/arcę/lacuſq̃. debere
Fatetur ergo uindici Iano quantum
Vrbs publio.ecce reſtitutus hiſpidus/
Ignotus/horridus/tenebroſus, lacer,
Et ulceroſus ante qui fuit, Victor.

¶Explicit, P, Victor.

Pomponius Lętus de uetuſtate urbis ex Publio uictore, & Fabio,

Amphitheatrum.

IN media urbe amphitheatrum incohatum a ueſpaſiano/perfectum a Domitiano, cum incruſtatione intrinſecus & extrinſecus, cum ſignis, & i ſingulis ſuperioribus arcubus erãt ſtatuæ marmoreæ. Illic fiebãt ludi. Sub tanto ædificio ſubſunt cloacæ, adeo, ut pars ædificii ſuſti-

neatur á cloacis. Ab latere ædificii uerſus ſeptemtrionē, & orientem erat uia publica, ſtrata lapidibus quadratis & magnis, Amphitheatrum nunc appellatur Colloſſeum á coloſſo qui ibi erat. Eſt autem Caloſſus magna ſtatua, quādo ludi fiebant, ædificium lintheis operiebatur,

Buſta gallica,

Poſt Capitolium inter ſeptentrionē & Orientem eſt locus appellatus Buſta Gallica. ubi Galli in magna copia á Camillo interfecti fuerunt, & ibi habent ſepulchra / locus nunc dicitur portogallo,

Aeſculapii & concordiæ templum.

In horto ſanctæ Mariæ nouæ eſt ueſtigium templi æſculapii & Concordiæ.

Arcus conſtantini,

In radicibus montis Palatini uerſus Coloſſeum eſt arcus cōſtantini principis cū uictoriis alatis, qui profligauit maſſentiū filium Maximiani. Is cōſtantinus fuit britānicus.

Septizonium ſeueri.

In templo ſanctæ Luciæ ſub colle ſancti Gregorii eſt ſeptizonium ſeueri, dictum á ſeptem zonis.

Suburra,

Suburra incipit inde ubi eſt Coloſſeus, & producitur uſq; ad Exquilias,

Iouis ſimulacrum,

Fragmentum minimę rotunditatis prope Coloſſeum cinctum erat marmoribus. ſuper erat iouis ſimulacrum.

Iouis ſtatoris Templum & domus Ciceronis,

In ea pte Palatini mōtis quę aſpicit circū maximū, fuit Tēplum Iouis ſtatoris, prope quod fuit domus Ciceronis.

Templum Pacis,

Poſt palatium ſtatim uerſus Septentrionem ſunt rui-
næ templi pacis, quod Templum poſt bella ciuilia Ve-
ſpaſianus ædificauit,

Domitiani Statua,

Inter Capitolium & Palatium ubi remanſerunt tres co-
lumnæ erant treſdecim ſatis ornatæ. Super has Colum-
nas erat ſtatua equitis aurei, & ſub pedibus erat rhenus
fluuius Germaniæ/de qua triumphauit Domitianus,

Apertura terræ Curtii,& templum Vulcani cũ
Scypho qui tenuit Romulum & Remum,

In eodem loco fuit olim illa apertura terræ, in quam ſe
demiſit Curtius armatus unã cum equo, terra ſtatim co-
iuit, & peſtis euanuit. Iſte locus eſt in parte fori. Roma-
ni,circum quod fuerunt multa templa & ornamenta,in-
ter quæ templum Vulcani,ante quod templum pende-
bat Scyphus, qui tenuit Romulum & Remum,
Prope forum ubi nunc eſt hoſpitale Aromatariorũ fuit
porticus Antonini Imperatoris & Fauſtinæ.

Saturni & opys templum,

Sub capitolio eſt parua eccleſia: quæ dirupta iminet, ho-
ſpitali ſanctæ Mariæ de porticu/ubi fuit tẽplũ ſaturni&
Opis eius uxoris. In quo templo fuit ærariũ populi ro-
mani,

Seueri imperatoris arcus,

In radicibus Capitolii uerſus Aquilonem & Zephyrũ
ad hortum æſtiuum eſt arcus Seueri Imperatoris

Iunonis Mineruæ Tẽplũ & concordiæ,

Prope fuit Iunonis monetæ Templum & concordiæ,
inde fuerunt multi gradus ad Capitolium.

Carcer Tullianus.

In radicibus Capitolii ſup forū Romanū uerſus ſeptentrionē eſt carcer, nūc dicitur ſancti Petri, fuit illa pars carceris, quā cōſtruxit Tullus Hoſtilius, & appellabat Tullianū.

Carcer plebis.

Ex altera pte Capitolii uerſus meridiē ubi eſt eccleſia ſcti Nicolai ī carcere, fuit poſtea ibi edificatus carcer á claudio decēuiro, quē appellauit carcerē plebis Romanæ.

Theatrum Marcelli.

Vbi nūc eſt domus ſabellorū fuit olim theatrū marcelli

Velia & domus Catilinæ.

Illa pars Palatini montis ꝙ uidet forū Romanū, appellatur Velia, quia ibi paſtores antiqui ante tonſurā ouiū uellebant lanam ex ouibus. Eadem pars habuit domū Catilinæ & Catuli.

Aedificiū Neruæ Imperatoris.

Inter Capitoliū & Exqlias uerſus Arā cœli adhuc ſunt magna edificia cū inſcriptione ędificii Neruæ Imperato.

Forū Traiani & porticus.

Inter Capitoliū & Quirinalē collē ab ędificio Neruæ ad colūnā Coclidē & radices Capitolii fuit forū Traiani, circū qd erāt ornamēta īnumerabilia, ꝙ fuerūt aduecta ex toto orbe terrarū uerſus occaſum. Porticus cū amplis & excelſis columnis, & cum magnis epiſtyliis, adeo mirabile opus fuit, ut qui intuerent, nō potuerint adduci ad credendū illa eſſe facta manibus hominum, ſed gigātum. Pars tota quę uergit ad occaſum quia mōs Quirinalis impediebat, tota exciſa fuit, & ſolo æquata, ne forum ſpatio fraudaretur.

Columna in foro Traiani,

Colũna q̄ eſt in foro Traiani eſt erecta á.Po.Ro.in honorẽ Traiani poſt uictoriã de Dacis / & ipſe Traianus columnam non uidit.Cõceſſit enĩ ad indicẽdã expeditionem.

Pantheon.

Vbi eſt ſancta Maria rotunda ibi fuit pantheon dedicatum Ioui Vltori,cuius tegmen fuit ex laminis argenteis. Illas laminas ſuſtulit Conſtantinus nepos Heraclii ueniens ad Vrbem.

Antipantheon.

Antipantheon appellatur protiryon.i.locus ante portã templi quod.M.Agrippa fecit.Antiqui in omnia templa ingrediebantur per gradus aſcendendo.In unum tãtum deſcendebant Conſi Templum.

Hinc consideranda urbis magnitudo, nos.n. hac aetate antiqua pedibus secta calcamus, cum in ...theon et alia antiq... templa per multos descen...mus gradus, in quę ip... aliquot ascendebant. in Plutonis etiã templu... descendebant antiqui. ... supra fol. 35. ibi templum Consi.

Conſi Templum.

In Templum quod in honorem Conſi.i.dei conſilioꝝ fuit ædificatum deſcendebatur pluribus gradibus/& nullis aſcendebatur.

Templum Boni euentus.

Prope ſupradictum pãtheõ erat templũ boni euentus,& ędificia prope Pantheõ ſunt ruinæ.M.agrippæ/& extẽduntur uſq; ad domum quę fuit cardinalis Spoletini,

Thermæ Neronis,

Aedificia quæ ſunt ad ſanctũ Euſtachium fuerunt therme Neronis:poſtea inſtauratæ ab alexandro Imperatore/& dictæ Alexandrinæ.

Campus Martius,

Vbi eſt eccleſia ſancti Laurentii in Lucina cum hortis, ibi fuit Campus Martius appellatus, in quo habebant

Comicia.& ubi eſt domus noua facta, quæ eſt ædiculæ editimorũ ſancti Laurentii fuit baſis nominatiſſima.

Horologium.

In Campo Martio ubi eſt epithaphiũ capellanorum, ibi fuit effoſum horologium quod habebat ſeptem gradus circum, & lineas diſtinctas metallo inaurato, & ſolum campi erat ex lapide amplo quadrato, & habebat lineas eaſdem, & in angulis quattuor uenti ex opere muſiuo cum inſcriptione ut boreas ſpirat.

Oſſa Neronis,

Collis hortulorum qui ſurgit á dextris eũdo ad ſanctã Mariam de populo, in eo ſepulta fuerunt Oſſa Nerõis: pars quæ ſubiacet plana uergens ad Auſtrum & Lybi habebat hortos, & tota humida.

Pincius,

Locus ille q uidetur eſſe mõs ſupra flumen, appellatur Pincius á quodã ciue. Ex colle hortulorum cãdidati deſcẽdebant albis ueſtibus, qui erant petituri magiſtratũ,

Domus Martialis,

Inter collem Q uirinalẽ & hortulos eſt locus depreſſus ubi nunc eſt uinea quæ appellatur Pila tiburtina, prope quam fuit domus Martialis. unde,

Sed Tyburtinæ ſum proximus accola Pilæ.
Q ua uidet antiquum ruſtica Flora Iouem.

Iſta pila nunc uocatur Tybur uetus, Antiqui cogitauerunt á porta Collina protendere mœnia uſq; ad pontẽ Miluium per montes propter ſuauitatem iſtius planiciei: Sed Aruſpices uetuerunt: quia non licebat circa urbem comicia facere & legere milites,

Equi Duo ſtatuæ Cybeles

Excundo a Domo Pomponii eundo per dorſum mõtis Quirinalis uerſus ſeptentrionẽ ſunt duo equi cum ſtatuis marmoreis qui miſſi fuerunt a Tyridate rege armeniæ ad Neronem Imperatorem ſunt tres ſtatuæ cõſtantinorum ſedentes tenentes Cornucopiæ ſiniſtramanu. Hæ ſunt ſtatuæ deorum fluminum. Significant rerum copiam, Eſt & Cybele ſedens ſuper duobus leonibus turrita quia præeſt turribus & caſtris,

Vbi fiebant floralia.

Eundo a ſiniſtris eſt uallis incluſa parietibus, ubi fiebãt Floralia, & mons a dextris habet domũ Cardinalis neapolitani, ea eſt pars Quirinalis montis, & uocatur mõs Clatræ & Apollinis. Mons á dextris uocatur Capitolium uetus, & pars eſt Quirinalis, ubi fuit Templũ Iouis antiqui, quod templum Capitolium.

Templum Herculis & Quirini.

In medio fere dorſo a ſiniſtris fuit Templum Quirini: Quidam Othomedio Ianenſis Senator urbis expoliauit templum, & ex ornamentis facti ſunt gradus in Aracœli & gradus quibus aſcenditur Capitolium.

Vicus & Statua Mamuri.

Adhuc per dorſum Quirinalis ubi eſt Templũ ſanctæ Suſannæ a ſiniſtris, ibi fuit uicus Mamurii, & ibi erat eius ſtatua, Fuit aũt Mamurius faber ærarius, qui fecit ancylia Numæ Pompilii. Eſt aũt ancyle ſcutũ longius quam latius quaſi ambeſum. Poſt tẽplum ubi fuit eccleſia ſancti Sabini, ibi fuit ſaluſtii Forum.

Porta Collina.

In ipſo colle Quirinali eſt porta Collina quæ diu fuit ultima porta Vrbis. Et mœnia non multo ſpatio extendebantur uerſus occaſum & erat finis.

Locus Supplicii Virginum ueſte.

A ſiniſtra intrinſecus euntibus eſt locus editus & eleuatus ubi erat antrū artificio factū teſtudinatū cū exiguo foramine unde emittebāt ueſtales que cōmiſerāt ípudiciciā/& ne perirēt fame in antro erāt excauata duæ puæ feneſtræ. In altera erat lucerna accēſa in altera lac & aq̄. poſtea populus mittebat terrā quouſq; terra ad ſummitatē perueniret foraminis. Ita moriebantur illic ſacerdotes cū ueſtibus ſacerdotalibus priuſq̄ hoc fieret intrinſecus ante portam audiebantur ſacris moniales & poſtea ingrediebātur portam: ſed non poterant uertere caput. deīde nō licebat exire ſacerdotem per illam portam ꝑ unum annum & totus popolus ea die in luctu erat.

Via Salaria.

Via extrinſecus ſalaria uocatur. qua Sabini ferebant ſalem ex Vrbe.

Horti Saluſtiani.

Intrinſecus a porta Collina a ſiniſtris eſt uallis lōga ubi fuerunt Horti Saluſtiani circūdati pulcherrimis ædificiis, qui fuerunt non modo ornati ſed etiā propter ſumptum & ornatum ædificiorum ſatis amœni & aq̄ ſubterraneæ manu factæ irrigabant Hortos.

De uia Nomētana, Viminali & Quirinali

Prope portā Viminalē quæ eſt ꝓxima portæ Collinæ coniunguntur duo colles Viminalis & Quirinalis extra portā Vimialē incipit uia quæ uocat͛ Nomētana.

Viminalis & Exquilinæ.

Viminalis collis a Ioue uiminco dictus & exqliæ ab excubando confunduntur qui ſunt duo montes Vrbis.

Templum Quirini.

Vbi ſunt Thermæ Diocletiani & Maximiani quæ nõ fuerũt incohatæ ab ipſis ſed a ueteribus inter ipſas Thermas a Septentrione fuit Tẽplũ quirini qđ dorſum quirinalis appellatur alta ſemita.

Balinea Pauli.

In deſcenſu Quirinalis montis uerſus meridiẽ ubi nũc eſt domus de comitibus & turris militiæ, fuerunt Balinea.L.Pauli.

Thermæ Conſtantini.

In ipſo colle quirinali erãt thermæ Cõſtantini Imperatoris, quæ extendebantur uſq; ad domum de Colũna,

Vallis Quirinalis & domus Pomponii Attici,

Inter Viminalem & Quirinalẽ uallis eſt quirinalis dicta ubi eſt ſancti Vitalis Templum ubi Romulus apparuit ante lucẽ proculo cũ aſcẽderet in cœlũ ubi fuit domus Pomponii attici.

Puteus Probæ.

In eo quirinali eſt templum ſanctæ Agathæ, & in ipſa ualle non lõge a tẽplo ſancti Vitalis eſt puteus qui dicit puteus diuæ Probæ. Nã proba Virgo cũ fecit.

Lauacrum Agrippinæ.

In aſcenſu Viminalis collis uerſus ſeptẽtrionẽ eſt Templum ſancti Laurentii paniſpernæ ubi lauacrũ Agrippinæ matris Neronis, quod lauacrũ poſtea magna impẽſa Hadrianus Cæſar inſtaurauit. Ibi nũc ſunt moniales.

Turris Mœcenatis

In uia que eſt poſt thermas inter oriētē & aquilonē ubi eſt aſcenſus in illa parte eminētiori fuit Turris Mecenatis, unde Nero dicitur inſpexiſſe incendiū Vrbis.

Campus Exquilinus.

Sub illa turri uerſus ſeptentrionē eſt cāpus exquilinus, ubi olim cōburebantur cadauera mortuorū, cuius rei nidor multū Vrbi nocebat. Auguſtus qui ſtuduit emendare Aerē conſenſu Po. Ro. & ſenatus cōceſſit cāpū mecenati ubi faceret pulcherrimos hortos. Nunc appellāt campū Variū, quod ibi poſtea detinebātur aīalia

Porta Viminalis & Exquilina.

In hoc cāpo ſunt duæ porte Vrbis, Altera uocatur exqlina quæ eſt clauſa/Altera Tyburtina. Inter hanc portā & portam Viminalem erat porta que uocabatur Porta inter aggeres/quæ nunc eſt clauſa, ubi uia erat ſatis munita intrinſecus. E regione huius portæ erat arcus Gordiani Imperatoris,

Puticulæ.

Extra portā exquiliam uel exquilinā erat locus qui dicebatur puticulæ, ubi erant frequentes putei, quibus condebantur oſſa combuſtorum.

Porta ſancti Laurentii.

Porta. ſ. Laurētii eſt ī aq̄ductu & externis non porta,

Ad urſum pileatum.

Iuxta portam ſancti Laurētii ad dextrā exeūtibus eſt tēplū ſanctæ Viuianæ & ſex Miliū martyrū ubi uocabatur antiquitus ad urſum pileatū quod ibi fuit imago urſi habentis pileū in capite.

Duo Trophea.

Poſt eccleſiam ſancti Euſebii eſt pars ædificii ubi ſunt duo Trophea.i.ſpolia hoſtium. Alterum Tropheũ habet Thoracem cum ornamentis & Clypeis ante ymaginem uictoriæ. Alterum habet inſtrumenta omnia ad pugnandum & clypeos & habet ueſtes,

Gallieni Imperatoris monimentum.

Vbi eſt eccleſia ſancti Viti eſt arcus diruptus cum monimento Gallieni Imperatoris.

Thermæ Titi & Veſpaſiani.

Poſt eccleſiã ſancti Martini uerſus Orientem ſunt ruinæ Thermarum Titi & Veſpaſiani. Ruinæ Ciſternæ Thermaꝶ Titi uocat͛ nũc capaces.i,capaces aquarum,

Philippi Imp. Thermæ.

Poſt thermas Titi inter aquilonẽ & corũ ſunt thermæ Philippi Imp. Poſt eſt uallis inter exquilias & Cœlium montem quæ ducit ad portam Sanctæ Crucis, Quæ eſt pars aquæductus.

Via præneſtina.

Via q̃ eſt extra portã ſanctæ Crucis uocat͛ præneſtina,

Exquiliæ.

Exquiliæ incipiunt a Templo ſancti petri a uinculis & ꝑtendũtur uſq; ad eccleſiã ſanctæ Crucis inde ad Thermas Diocletiani.illinc circumeundo includit Eccleſiam Sanctæ Mariæ Maioris, prope quam erat baſilica Siſimini Romani & Sanctæ Praxedis uſq; ad ſanctum petrum a Vinculis.

Cœlius Lateranenſis.

Cœlius mons incipit ab eccleſia ſancti Io. Lateranenſis

A familia lateranorum ſic dicit̃ & finit ubi eſt eccleſia ſã ɛ̃ti Cregorii & eſt magni ambitus & includit eccleſias q̃t tuor Coronatorũ.ſ. Stephani rotũdi. ſancti Ioannis & Pauli.ſancti Petri Marcellini in radicibus montis cœli ſupra eſt Q uadriuium inter coelium & exquilias Cœ- lius appellatus a quodã ciue Coelio uibennio, qui præ- ſtitit aurum Romanis contra Sabinos,

Porta Cœlimontana.

Porta Coelimontana appellatur illa quæ eſt ſub ſancto Ioanne extra quam eſt uia campana.

Porta metrodoli & Cœlicolus.

Inter Portam Cœlimontanam & portam in uia latina eſt porta quæ appellatur metrodori clauſa nunc, & ille mons parui ambitus, qui eſt poſt Cœlium montẽ ad Orientem appellatur cœlius minor.ideſt Cœlicolus me minit martialis.

Regio Portæ Campanæ.

Regio Portæ cãpanæ eſt poſt Celiũ mõtẽ & Auẽtinũ uſq; ad radices aſcenſus ad ſanctum Ioannem.

Porta Capena Via Appia. Thermæ
Antonianæ, Via noua,

Porta ſancti Sebaſtiani uocatur porta capena & extrin ſecus uia uocatur Appia quæ eſt regina aliarum uiarum ducit uſq; ad Brunduſium. Iſta uia priuſq̃ peruenias ad eccleſiam ſanctorum Nerei & Achilei & Sixti / uocatur uia noua / quæ ducebat ad Thermas Antonianas : quæ fuerunt Antonini Caracallæ, quæ Thermæ ſunt a de- xtris poſt eccleſiam ſanctorum Nerei & Achilei. Et flu- uiolus qui oritur longius ab urbe. xx. Mil.paſſ.in agro

maritimo rigat radices montis Auentini, & ingreditur Tyberim.

Auentinus.

Auentinus ab auibus dictus eſt, & incipit a flumine magnum habet ambitũ: & extendit̃ uſq; ad mœnia ubi eſt porta Capena: & ad metã ubi ẽ porta ſancti Pauli mõs Auentinus eſt longior & latior. Habet eccleſias multas ad occaſum ſupra Tyberim eccleſiã ſãctæ Sabinæ alexii Mariæ in medio: ſanctæ Priſcæ ad orientem prope finẽ longitudinis ſanctæ Barbinæ,

Via Hoſtienſis Sepulchrum. C, Ceſtii.

Prope portã. ſ. Pauli extra quã uia eſt & appellat̃ hoſtiẽſis eſt Pyramis quadrata cuiuſdã. C. Ceſtii.

Campus figulorum,

Campus ad portã. ſ. Pauli poſt Auẽtinũ eſt cãpus ubi hodie fit curſus equorum. In medio ſurgit collis ubi fuerunt figuli & ipſe collis factus eſt ex fragmentis uaſorũ fictilium. Aliæ figulinæ erant extra portam Viminalem a dextris ubi ſurgit collis eius materiæ.

Horrea Romanorum,

Poſt Auentinum montẽ uerſus meridiẽ ſupra Tiberim planities magna ubi erant. clx. horrea quæ ſeruabant triticum Po. Ro. & erant magna & longa.

Pons Sublicius.

Sub Auẽtino eſt pons qui olim appellabatur ſublicius Erat enim ligneus. Nam ſublices intelliguntur magnæ arbores. Poſtea ab Aemilio factus eſt lapideus & appellatur Aemilius,

Templum Matutæ leucothoes,
Parua eccleſia Rotunda Sancti Stephani ſupra Tyberim olim fuit Ma tutæ Leucothoes, ideſt albe deæ, hoc eſt deæ matutini temporis

Templum Herculis & ara maxima.
Poſt muros ſcholæ græcæ ſtatim latinæ nõ longe fuit templũ herculis in foro boario rotũdũ cũ multis antiquatatibus dirutũ tpe Sixti.iiii.nõ lõge ab hoc tẽplo. tẽplũ uerſus Auentinũ fuit appellatũ ara maxima.

Chryſocolla Circus Maximus
Pauimẽtũ Circi maximi fuit ex Chryſocolla, eſt autem Chryſocolla dura materies que naſcit̃ poſtq̃ aurũ effoſſum eſt.ex auro retinet colorẽ. In cetero eſt lapis. In hoc circo fiebant ludi ubi erant duo magni obeliſci quorum alter eſt maximus omnium qui ſunt in orbe, Eſt aũt circus inter Palatinum montem & auentinum.

Palatinus mons.
Mõs palatinus habet in circuitu mille paſſus, ea fuit prima ſedes.P.R.& primus locus habitatus.& ſedes Imperii cõſtituta ibi ꝓpter quod Hercules in eo monte hoſpitio fuit receptus ab Euãdro rege. Palatiũ aũt appellat̃ a Palãte urbe Arcadiæ, unde rex Euander uenit, ideo in eo mõte fuit ſedes.P.R.propter quã cauſam ubicũq; eſt ſedes magni principis. Palatium appellatum. Sed malũ omen eſt Imperio Romano quod propria ſedes eſt inhabitata.

Iani uelabrum.
In foro Boario duo Iani.i.Lodiæ, Ibi recipiuntur mercatores & habet in ſe quadriuium unus Ianus hæret eccle

ſiæ ſancti Georgii/non longe hinc inter Auētinum fuit Velabrū ita dictū ꝙ cū locus eſſet paludoſus homines q uolebāt rranſire in Auētinum ferebantur Cymba & ſoluebant ſtipem. Pecunia aūt quæ ſoluitur nautis uela tura appellatur/unde Velabrum.

Tyberis ſinus prope Capitolium.

Sub Capitolio Tyberis inferebat ſinum, q pertingebat radices Palatii. ubi nunc eſt eccleſia ſancti Theodori, In eo ſpatio prope fuit templum & ibi expoſitus Romulus & Remus in alueolo, i. Scypho ligneo.

Ficus Ruminalis,

Ibi fuit Ficus Ruminalis appellatus a rumine Lupe eſt autem ruma mamma.

Lupercla.

Supra in Capitolio e regione iſtorū locorū fuit lupercal hoc eſt māſio Lupæ quæ nutriuit Romulū & Remū, Erat aūt Lupercal antrum prope tres columnas

Templum caſtoris & Pollucis,

In fine fori Romani fuit Templum caſtoris & Pollucis prope quod paruulus fons

Tarpeius mons,

Tarpeius mons diuiditur ī duos colles in capitoliū & ar cem. in eius medio erat uallis in qua fuit Aſilū ad quod confugientes erant tuti. Erat aūt aſylū Templū inuiola bile, & ibi fuit Templum Iouis,

Templum Iouis Capitolini.

In Capitolio fuit Tēplū Iouis magni Capitolini qđ erat quadratū quoquouerſus pedib. C. Altitudo. CL.

FINIS.

Regiones Anti-
quæ Vrbis

Prima Regio por-
tæ Capenæ.

Porta Capena.
Vicus Druſianus,
Vicus ſulpicii citerioris
Vicus puluerarius,
Vicus trium ararum,
Aedis Martis.
Adis tempeſtatis
Area ſpei.
Area Pinaria.
Lacus promothei,
Balineum Torquati
Balineum Mamertini
Balineum Antiochiani.
Thermæ Commodianæ,
Arcus diui Traiani,
Mutatorium Cæſaris
Vicus Camenarũ & ædis,
Vicus Sulpitii Vlterioris
Vicus Fortunæ obſequẽtis
Vicus honoris & uirtutis
Vicus Fabritii.
Aedis Mineruæ,
Aedis Appollinis
Area Galli ſiue Talli, ſiue
Thaliæ.
Area Carſicæ
Lacus Vipſani.
Balineum Vectis Bolani
Balineum abaſcantiani.
Thermæ Seuerianæ
Arcus diui ueri Parthici.
Arcus Druſi.
Almo fluuius,
Vici.ix.
Vicomagiſtri. xxxvi.
Denunciatores duo,
Domus,ccxx.
Balineæ priuatæ. lxxxii.
Piſtrina.xx.
Aediculæ.x.
Curatores duo.
Inſulæ.iii.mil.ccl.
Horrea.xiii.
Lacus.lxxxiiii.
Regio in ambitu continet
ped.xii.mil.ccxxvi.

Regio Secũda
Cœlimontium
Templum Claudii.
Campus Martialis
Antrum Cyclopis,

Caput Aphricæ.
Domus Philippi,
Regia Tulli hoſtilii,
Manſiones albanæ,
Armamentarium
Ludus Matutinus,
Cohortes quinq; uigilum,
Ediculæ.viii.Curatores.ii,
Inſulæ,iii.mil.
Horrea.xiii.
Piſtrina.xii.
Macellum magnum
Lupaciæ
Caſtra peregrina.
Arbor ſancta.
Domus Vectiliana.
Manſiones,
Mica aurea,
Spolium Samarium
Ludus Gallicus
Vici.xii.
Vicomagiſtri. xxviii.
Denunciatores duo.
Domus,cxxxiiii,
Balineæ priuatæ,xx.
Regio in ambitu continet pedes, xii.mil.cc.

Regio Tertia

Iſis & Serapis,
Moneta.
Amphitheatrũ/ quod capit loca.lxxxvii.mil.
Ludus magnus,
Domus Britiana.
Prætura præſentiss.
Lacus paſtoris
Schola copulatorum
Caſtra miſenarum
Vici.viii,
Vicomagiſtri, xxiiii.
Denunciatores.ii.
Domus.c.lx.
Balineæ priuatæ.lxxx.
Piſtrina.xii.
Ludus Daricus,
Samium Choragium
Thermæ Tithi Cæſaris Auguſti.
Sſchola queſtorum
Porticus liuia.
Suburra,
Ediculæ.viii.
Curatores duo.
Inſulæ duo Milia ; Dcc Lvii.
Horrea.xiii.
Lacus.lv.

Regio in ambitu continet pedes.xii.mil.cccl.

Regio Quarta

Templum Pacis.
Templum Fauſtinæ
Via ſacra.
Baſilica Pauli Aemilii
Forum Tranſitorium
Porticus aſſidata
Buccinum aureũ.
Apollo Sandaliarius
Sororium Tigillum
Coloſſus altus pedes.cc.& ſemis habẽs in capite radios ſeptẽ ſinguli pedes, xxii.& ſemis.
Carinæ,
Templum Veneris.
Templum Telluris.
Baſilica Conſtantini,
Sacri portus,
Balineum Daphnidis,
Ara uulcani cum uulcanali ubi lotos a Romulo ſata
Horrea Carhacea.
Meta ſudans,
Domus Pompei.
Auita Ciceronum domus.
Aediculæ.viii.
Curatores duo.
Domus.c. xxxviii.
Balineæ priuatæ.lxxv
Piſtrina.xii.
Vici,viii.
Vicomagiſtri.xxxii.
Inſulæ.ii. mil. dcclvii.
Horrea.viii.
Lacus.lxxviii.

Regio Quinta

Exquilina cũ Turri & colle Viminali.
Lacus Promothei.
Nympheũ diui Alaxãdri,
Horti planciani
Hercules Sullanus.
Campus Exquilianus
Lucus Petelini.
Ara Iouis Viminei,
Iſis patritia.
Thermæ Olimpiadis,
Aediculæ,xv,
Curatores duo,
Inſule.iii.mil.dccc. l.
Lacus,lxxix.
Balineæ priuatæ.lxxv
Macellum liuiani.
Cohortes ſeptem uigilum
Horti mœcenatis,

Amphitheatrum caſtrenſe.
Cãpus uimĩalis cũ aggere
Domus aquilii Iurecõſulti
Minerua medica,
Lauacrum agrippinæ
Vici.xv.
Vicomagiſtri.lx.
Domus.clxxx.
Denunciatores duo.
Horrea.xxiii,
Piſtrina.xii.
Regio in ambitu continet
pedes,xv.mil.dcccc.

Regio Sexta

Alta ſemita.
Vicus Mamuri.
Vicus Bellonæ
Templum Sarapeum
Templum floræ
Capitolium uetus.
Statua Mamuri plumbea
Domus attici
Templum gentis flauiæ
Senatulum muliertm
Thermæ Diocletiani
Decem Tabernæ,
Area Calidii
Vici.xii
Vicomagiſtri.xlviii.
Inſulæ.iii.mil.D.v.
Horrea.xviii,
Lacus.lxxvi.
Templum ſalutis
Tẽplũ apollinis & clatræ,
Floralia,
Forum Saluſtii,
Templum Quirini
Malum punicum
Horti Saluſtiani
Thermæ conſtantinianæ,
Balnea pauli.
Ad gallinas albas
Cohortes tres uigilum.
Ediculæ,xvi.
Curatores duo.
Domus,c,
Balineæ priuatæ.lxxv
Piſtrina.xii,
Regio in ambitu continet
pedes,xv,mil,dc,

Regio Septima

Via lata,
Cohortes ſeptem uigilum,
Nympheum Iouis
Campus agrippæ,
Caſtra Gentiana
Templum nouũ fortunæ,
Sacellum Senii Sangii

Forum Suarium,
Hortliuiani,
Ad manſuetas.
Lacus Ganimedis,
Arcus nouus,
Edicula Capraria
Templum ſolis
Porticus conſtantini
Templũ nouũ Quirini
Equi Aenei Tiridatis
Forum archemonium
Pila tiburtina
Lapis pertuſus
Vici.x,
uicomagiſtri, xl.
Denunciatores duo,
Domus, cxx.
Piſtrina.xvi
Lacus.lxxvi.
Aediculæ.xii.
Curatores duo
Inſulæ.iii.mil.ccclxxxv
Horrea.xxv
Balineæ priuatæ.lxxv
Regio in ambitu continet pedes.xii, mil.dcc,

Regio. Octaua

Forum romanum
Comitium
Cloacinæ Templum
Grecoſtaſis
Miliarium Aureum
Templũ ueneris cluacinæ,
Pila horatia
Templum Caſtorum
Equus æneus domitiani.
Ludus emilius,
Arcus fabianus,
Iani duo celebris mercatorum locus
Templum ueſtæ
Templum romuli
Forum Cæſaris
Forum Auguſti
Forum Traiani cum templo & equo æneo, & columna Coclidæ quæ eſt alta ped. cxxviii. habetq; intus gradus.clxxviii.feneſtellas.xlv
Aedicula concordiæ ſupra Græcoſtaſim
uictoria aurea
Tabernæ nouæ
Colũna cũ ſtatua.M.ludii
Aedis opis & ſaturni
Septem tabernæ
Senatulum aureum

Curia,
Templum Concordiæ,
Atrium Mineruæ
Iulia Porticus
Puteal Libonis
Regia Numæ
Templum deum Penatiũ,
Templum Iani
Stationes municipiorum,
Cohortes ſex uigilum
Lacus Curtius
Aedis uictoriæ.
umbilicus urbis Romæ,
Baſilica Pauli cum phri-
giis columnis,
Ficus ruminalis ĩ comitio,
Apollo tranſlatus ex apo-
lonia.
Delubrum mineruæ,
Porta Carmentalis uerſus
Circunflaminium
Capitolium.
Edis Veiouis a præneſte
deuecti
Templum uetus mineruæ
Horrea agrippina
Regio in ãbitu continet pe
des.xii.mil.dccc.lxvii,
Forum boarium
Aedes Herculis uictoris a li
tera cognominata rotun-
da & antrum Caci
Vicus lugarius idem & ſu
rarius cũ ſigno uortũni.
Porticus margaritaria
Elephantus herbarius
Aediculæ totidem
Curatores duo
Inſulæ.iii.mil.dccc.lxxx
Balineæ priuatæ,lxvi
Lacus.cxx.
Baſilica argentaria
Viſcæ poſcæ
Tẽplum titi & Veſpaſiani,
Vicus ligurum
Aedicula iuuentæ,
Templum Iouis Tonantis
Signum Iouis Imperatoris
Aſylum.
Horrea germanica
Aqua cernẽs q̃tuor ſcauros
Sacellum pudicitiæ patritie
Aedis mutatæ
Vicus unguentarius
Vici.xii.
Vicomagiſtri.xlviii,
Denunciatores duo,
Domus.cl.

Horrea, xviii,
Piſtrina. xx,
Regio Nona,
Circus flaminius,
Edes antiquæ apollinis cũ lauacro.
Porticus Philippi,
Stabula. iiii. factionũ, viii,
Mimitia uetus
Mimitia frumentaria
Porticus Corynthia. CN, octauii q̃ prima. xii. fuit.
Theatrum Balbi capit loca xxx, mil,
Iuppiter Pompeianus. CL Cæſ, dicauit & a uicinitate appellauit.
Theatrum Marcelli capit loca. xxx, mil,
Delubrum, CN, domitii
Templum bruti Callaici,
Villa publica ubi primm populi cenſus eſt actus,
Trigaria,
Horti lucullani.
Sepulchrum auguſtoeum
Nixæ,
Baſilica Marcilii,
Tẽplũ diui Antoninicum coclide columna quæ eſt alta ped, clxxv, habet intus gradus, cclv. & feneſtellas, lvi.
Thermæ Neronianæ quæ poſtea alexandrinæ,
Templum boni euentus.
Edis Bellonæ ante portam Carmentalem ante hanc ædem columna index belli inferendi,
Meleagricum,
Serapeum Calcidica,
Minerua,
Inſula phelidii ſiue Phelidis
Ediculæ totidem
Curatores duo,
Inſulæ, iii, mil, dcclxxxviii,
Horrea, xii.
Cripta Balbi,
Carcer, clx, uiri,
Campus martis.
Equiria,
Fons Scipionum,
Ciconiæ,
Pantheon Ioui Victori.
Thermæ Hadriani,
Thermæ agrippæ,
Porticus argonautarum,

Iſeum.
Mineruium.
Vici.xxx.
Diuor.
Vicomagiſtri,xlviii.
Denunciatores duo
Balineæpriuatæ.lxiii.
Piſtrina.xx.
Regio in ambitu continet pedes,xxx.mil.d.

Regio Decima

Palatium,
Vicus Curtarum,
Vicus Salutaris
Vicus Cliuuſq; diei
Aedis Iouis Satoris,
Partha bacchi ubi fuerunt ædes uitruuii Fondani,
Ara febris
Aedis matris deum
Sicilia.
Aedes Apollinis ubi lidõi pẽdent inſtar arboris ma laferentis,
Ara palatina,
Domus Dionyſii
Domus Ciceronis,
Velia
Fortuna reſpiciens,
Victoria germanica,
Aedes Rhamnuſie
Domus Auguſtiana
Sedes Imperii Romani
Ad Mammeam / hoc eſt ſtictæ mammæ
Vici,vi,
Vicomagiſtri.xxiiii.
Denunciatores duo.
Domus.lxxxviii.
Horrea.xlviii.
Balineæ priuatæ,xxvi
Vicus Padi,
Vicus fortunæ reſpicientis,
Vicus Apollinis,
Roma Quadrata,
Caſa Romuli,
Templum fidei,
Domus Geroniorum
Iouis cœnatio,
Bibliotheca.
Edes Iouis uictoris
Domus.Q.Catuli,
Aedes Diouis,
Curia uetus.
Septizonium Seueri,
Lupercal
Penthapylum Iouis arbitratoris.

Domus Tiberiana.
Auguratorium
Aediculæ totidem
Curatores duo
Inſulæ.ii.mil.dc.xliiii.
Lacus.xxx.
Piſtrina.xx.
Regio in ambitu habet pedes.xii.mil.dc.

Regio Vndecima

Circus Maximus,
Circus Maximus qui capit loca.ccclxxxv, mil.
Portæ.xii,
Aedes ditis patris,
Aedes Veneris opus Fabii gurgitis
Salinæ.
Aedes Portuni.
Ara maxima.
Aedes Pompeii.
Aedes murtiæ.
Forũ olitoriũ. In eo colũna eſt lactaria, ad quã infantes lacte alẽdi deferuntur,
Velabrum maius
Arcus conſtantini.
Ediculæ totidem
Curatores duo
Inſulæ.ii.mil.dc.
Balineæ priuatæ.xv.
Lacus.lx.
Templum Mercurii.
Edes cereris,
Porta trigemina,
Apollo Cœliſper
Hercules Oliuarius,
Edes cereris.
Obeliſci duo, Iacet alter alter erectus
Edes Conſi ſubterraneæ
Velabrum minus.
Vici.viii.
Vicomagiſtri.xxxii.
Denunciatores duo.
Domus.lxxxviii.
Horrea.xvi.
Piſtrina, xii.
Regio in ambitu habet pedes/xi.mil.d,

Regio Duodecima

Piſcina Publica,
Vicus piſcinæ publicæ,
Vicus Ceios,
Vicus aquæ ſalientis,
Vicus fortunæ mammoſæ
Vicus portæ ruſcelanæ
Vicus ueneris almæ

Vicus Dianæ
Vicus Triari.
Vicus laci tecti.
Vicus Colapeti Paſtoris
Vicus Porte Neuiæ
Vicus uictoris
Area Radicaria
Fortuna mammoſa
Edis bonæ deæ Subſa
xanæ,
Thermæ Antonini.
Campus lanatarius
Cohortes tres uigilum,
Priuata Hadriani
Aediculæ totidem
Curatores duo,
Inſulæ.ii.mil cccclxxxyi.
Balineæ priuatæ, xliiii.
Hortea, xx.
Horti Aſmani.
Caput uiæ nouæ
Iſis Antenodoria.
Donum delphini
Septem domus parthorũ,
Domus chilonis
Domus cornificii
Vici.xiii
Vicomagiſtri.xlviii.
Denunciatores.ii,
Domus, C, xiiii,
Lacus, lxxx
Regio in ambitu habet pe
des.xii.mil

Regio Tertiadecima
Auentinus
Vicus frumentarius
Vicus Ceſeti,
Vicus Laci Miliarii.
Vicus trium artium
Vicus Loreti minoris
Vicus colũnæ ligneæ
Vicus mundiciei
Vicus fortunæ dubiæ
Templũ connæ dianæ,
Thermæ Siriacæ
Thermæ uarianæ,
Priuata Traiani
Vicus Fidii
Vicus triũ uiarum
uicus ualerii
uicus Capitis Canteri
uicus nouus
uicus armiluſtri,
uicus Maceriarius,
uicus Loreti minoris
Armiluſtrum,
Thermæ decianæ

Templum Libertatis
Dolcenum ſiue dolocrum,
Remuria.
Mappa aurea
Horrea galbæ
Scalæ gemoniæ
Schola Caſſii
Forum piſtorium
Aedicule totidem,
Curatores duo
Inſulæ.ii.mil. cccclxxxviii,
Balineæ priuatæ, lxiiii
Horrea.xxv
Platanon.
Horrea amicei
Porticus Fabaria
Templum Iunonis reginæ
Vici. xvii.
Vicomagiſtri:lxxiiii,
Denunciatores duo
Domus.C.iii.
Lacus.lxxviii.
Piſtrina.xx.
Regio in ambitu continet,
pedes.xvi.mil. cc.

Regio Quartadecima.

Tranſtyberis,
Vicus longi Aquilæ
Vicus Quadrati,
Vicus rutiliani minoris
Vicus Brutianus,
Vicus ſtatuæ Valerianæ
Vicus Pauli.
Vicus ſemipublici
Vicus Icei reſtituti
Vicus ſergi
Vicus Viberini
Naumachiæ.ii,
Vaticanus,
Ianiculum
Vicus Cenſori,
Vicus Roſtrati,
Vicus Statuæ Titiani
uicus rutiliani maioris
uicus Ianuclenſis
uicus larum lucallum
uicus Salutaris
uicus ſex Lucei
uicus patratili,
uicus Saufei
uicus Ploti.
Galium Cornifæ
Horti Poinitii
Maniæ Sacellum.
Balineum ampelidis,
Statua ualeriana
Cohortes ſeptem uigilum.
Templum fortis Fortunæ

Thermæ Septimianæ,
Hercules culcaris,
Campus Codetanus
Caſtra lecticariorum
Ediculæ totidem
Curatores duo
Inſulæ.iiii.mil.cccc v.
Horrea.xxii
Balineæ priuatæ.lxxxvi.
Balineum priſci dianæ.
Statua ſiccina.
Caput Gorgonis,
Area Septimiana,
Ianus ſeptimianus
Campus Brutianus
Hort Getæ Vici.xii.
Vicomagiſtri.lxxxviii.
Denunciatores duo.
Domus.cl.
Lacus.clxxx.,
Piſtrina.xxii.
Regio in ambitu habet pe
des.xxxiiii.mil.cccclxxxvi
Senatula tria unũ inter ca-
pitoliũ & forũ ubi magi-
ſtratus deliberabant. Alte
rũ ad portã capenã. Ter-
tium citra ædem Bellonæ
in circoflaminio ubi daba
tur ſenatus legatis quas in
urbem admittere nolebãt
Quartũ Senatulũ ma-
tronarum in Quirinali
Bibliothecæ.xxix. publicæ
ex his præcipue duæ Pala
tina & ulpia,
Obeliſci magni.vi. duo in
circo maximo. Maior eſt
pedum.cxxxii., minor pe-
dũ.lxxxviii.& ſemis
Vnus in uaticano.
Vnus in campo Martio pe
des.lxxii.
Duo in Mauſeolo Augu-
ſti pares ſinguli pedũ.xlii.
& ſemis
Obeliſci priuati.xlii.In ple
riſq; ſunt notæ Egyptio
rum,

Pontes Octo

Muluius,
Vaticanus
Fabritius,
Palatinus,
Aelius Ianuclẽſis
Cæſtius,
Aemilius q ante ſublitius,

Campi Octo.

Viminalis
Exquilianus Agrippæ
Martius, Codetanus
Brutianus
Peculiarius
Lanutarius
Vnuſultra tyberim cāpus uaticanus extra numerū,

Fora, xvi,

Romanū quod dicit̃ magnū Cæſa, auguſti,
Boarium.
Tranſitorium.
Molitorium.
Piſtorium.
Traiani.
Antenobardi.
Suarium.
Archemonium.
Diocletiani.
Gallorium.
Ruſticorum.
Cupedinis.
Piſcarium
Saluſtii

Baſilicæ, x

Vlpia.
Pauli.
Neſtini.
Neturnii
Macidii
Martiana
Veſcellaria
Floſelli
Sicimini
Conſtantiniana

Thermæ.xii.

Traiani.
Titi
Agrippæ
Sitiacæ
Commodianæ.
Seuerianæ.
Antonianæ.
Alexandrinæ, quæ Neronianæ
Diocletianæ.
Decianæ.
Conſtantinianæ.
Septimianæ.
Ianip oēs regiones incruſtati & adornati ſignis duo præcipui ad arā fabianā ſuperior inferior.

AQVE. XX.

Apia.
Martia
Virgo

Claudia.
Herculanea.
Tepula.
Damiata.
Traiana.
Anio.
Halſia galiſiena, quæ Au-
guſta.
Cærulea.
Iulia.
Algentiana.
Cininia.
Sabatina,
aurelia.
Septimiana.
Seueriana.
Antoniana.
Alexandrina.

Viæ. XXIX.

Appia.
Latina.
Libicana.
Campana.
Præneſtina
Tiburtina
Collatina
Nomentana quæ figulēſis
Salaria
Flaminea
Aemilia
Claudia
Valeria
Oſtienſis
Laurentina
Ardeatina
Setina
Quineria
Gallicana
Triumphalis
Cornelia Ciminia
Patinaria
Tiberina
Aurelia
Caſſia
Portuenſis
Gallia
Laticulenſis

Capitolia duo
Vetus & Nouum

Anphitheatra duo.
Coliſei duo.
Columnæ Coclides duæ.
Macella duo
Theatra tria.
Ludi Quinq;
Nymphea Vndecim.
Equi æneí inaurati. xxii.
Equi eburnei. xciiii.

Tabulæ ſine numero.
Signa ſine numero.
Arcus marmorei.xxxvi.
Lupanaria.xlv.
Latrinæ publicæ.cxliiii.
Cohortes prætoriæ.
Cohortes urbanę quatuor.
Cohortes uigilum ſeptem.
Excubatoria.xiii.
Vexilla duo communia.
Caſtra peregrina,
Caſtra micenatium,
Caſtra Tabellariorum.
Caſtra uictimariorum.
Caſtra lecticariorum.
Caſtra Salgamariorum.
Caſtra Subitariorum.
Caſtra eqtũ ſingulorũ duo.
Mẽſæ oleariæ. xxiiii.mil.ii,

Noĩa regionũ ex
prædictis excepta.

Regio.i.porta Capena.
Regio.ii.Cœlimontium.
Regio,iii.Iſis & ſerapis.
Regio.iiii.Templum pacis.
Regio.v.Exquilina.
Regio ſexta.Alta ſemita.
Regio ſeptima,Via lata.
Regio.viii.forũ romanũ,
Regio.ix.Circus flamĩus.
Regio decima,Palatium.
regio.xi.circus maximus.
regio.xii.Piſcina publica,
regio,xiii.Auentinus.
regio.xiiii.Tranſtiberis,

Portarũ noĩa,

Fluẽtana nũc.ſ.Maria ppĺi.
Pinciana ſalaria.
Viminalis nunc.S.Agnes.
Exquilina atq; Tiburtina.
Sancti Laurentii.
Neuia,Porta ſãctæ Mariæ
maioris.
Aſinaria ſancti Ioannis.
Capena,accia dicitur.
Hoſtiẽſis,nũc ſancti pauli,
Aurelia,nũc,ſ,Pancratii.
Triumphalis inter hoſpita-
le ſancti Spiritus,& baſili-
cam beati Petri.
Pertuſa,Viridaria,Angeli,
Aenea.

Mõtiũ noĩa

Capitolinus uel Tarpeius,
Auentinus,Palatinus.
Cœlius.Exquiliũs.Vimĩa-
lis.& quirinalis.

FINIS

FABRICII Varrani Epiſcopi Camertis de Vrbe Roma Callectanea.

VRBS ROMA A ROMVlo dicta, eius circuitus ſecundum Plinium, xx, milia paſſuum, Secundum Vopiſcum in Aurelio quinquaginta, Ex Marcello & Paulo Iuriſconſulto datur agnoſcere, ut alter de circuitu murorum, alter de continentiis Vrbis intellexerit, cum muros nullo in loco ampliores fuiſſe uideamus, At noſtro tempore Murorum circuitus, uix cum Ianiculo/hoc eſt Traſtyberi & Vaticano. xiiii. continet Milia.

Portæ Vrbis

Porta populi quondam flumentana á Tyberi qui eam poterat quandoq; alluere. Hanc é cœlo tactam Liuius in bello macedonico refert,

Porta Pinciana in ea regione quæ dicitur hodie in Collacio, ducit in Sabinos, Collatiæ ab antiquis dicta, quã Rauennam exportauit Theodoricus primus Oſtrogothorum rex, teſte Caſſiodoro in epiſtolis

Porta Palaria, quæ & Collina, & Quirinalis dicta eſt, quod ducat in Quirinalem montem, in qua. T. Tatius caſtra Curium locauit. Ducit in Agonem ubi tyberis inundatio Appollinares ludos intercepit.

Porta ſanctæ Agnes Nomentana dicta & Domine quo

uadis, ante Viminalis.

Porta ſancti Laurentii Exquilina, & a capite Tauri ſculpto, aliquando Taurina, unde pecus educere Valerius Conſul iuſſit, cum Roma ex aduerſa parte in plano tyberis obſideretur,

Porta maior ante Neuia in Coelio monte, unde Lucretius conſul cum Valerio exiuit,

Porta ſancti Ioannis, Aſinaria, a priſcis Coelimõtana, unde ipſe Valerius exiuit.

Porta clauſa Metrobii, ante Gabiuſa dicta, quæ in Gabios ducit. Hæc e coelo teſte Liuio tacta fuit in bello macedonico.

Porta Latina antiquum nomen obtinet.

Porta Capena, quæ & appia, ducit Capuam, per quã regreſſus eſt Horatius ex tribus ſuperſtes,

Porta ſancti Pauli, aliquando quod hoſtiam ducit, Hoſtienſis, a priſcis Trigemina,

Carmentalis porta fuit ad Cliuum qui ducit per Sublicium pontem in Ianiculum. Is locus uidetur eſſe ultra ecleſiam ſanctæ Mariæ ad ſcholam græcam, nũc uocant Coſmedim ad auentini radices,

Tranſtyberis Ianiculũ. Ianus apud Oui. Arx mea collis erat, quẽ cultrix noĩe noſtri Nũcupat hæc ætas / Ianiculumq; uocat. Ianiculũ urbi adiectũ facto in Tyberim ſublicio ponte, qui nunc pons Xiſtus dicitur.

Porta Portuenſis in Ianiculo uerſus occidentem a claudio facta, quod in portum ducat ſic dicta,

Porta ſancti Pancratii, olim aurelia in Ianiculo

Porta quæ nunc ſubtus Ianum in ianiculo, quæ ducit

in Vaticanuum antea, fontina dicebatur
Thermæ ad ſanctum Franciſcum in Tranſtyberim ſe ueri uel Aureliani.
Thermæ in Campo Vaticani ubi nunc prata dicimus, eorundem,
Eccleſia ſanctæ Mariæ a Caliſto ædificata Tranſtyberi Templum rauenatium erat ſeu taberna meritoria.
Pons ruptus antea Aurelius.
Duæ turres quæ nunc deſtitutæ in naualium faucibus in Ianiculo cernuntur a Leone Quarto ædificatæ ne barbaris ultra per Tyberim pateret acceſſus ſicut cum eccleſia ſancti Petri in uaticano & Ianiculum a Saracenis incenſum fuit.

Portæ in burgo ſancti Petri.

Porta ſancti Spiritus quæ dimittit in Ianiculum.
Porta pertuſa in alto colle edita.
Porta uiridaria ſubiecta palatio pontificis, quæ ad ortos ducat.
Porta quæ nunc eſt clauſa, quæ duceret ad ſcholã Longobardorum, Poſterula dicta fuit.
Porta q̃ ſub caſtello ſcti Angeli eſt poſterula dicta eſt,
Porta in ponte Hadriani porta ænea dicitur.
Portæ triumphalis prope ſanctũ Spũm in ſaxia apparẽt ueſtigia prope tyberĩ in uia q̃ ducit ad obeliſcũ .C. Cæſaris que uia triumphalis eſt.
Palatium ſancti Petri ubi erat templum Apollinis
Obeliſcus. C. Cæſaris in territorio triumphali,
Templum Veſtæ ad Tyberim contra iani Templum
A rupe Tarpeia ad pontem Sanctæ mariæ aſyli tẽplũ

in quādrato lapide extructum, quod nunc dedicatum eſt ſanctæ Mariæ Aegyptiacæ ad aream pōtis p̄dicti.

Roſtra fuerunt ubi nunc eccleſia Sanctæ Mariæ de inferno.

Græcoſtaſis in montis Palatini angulo in quo loco eſt eccleſia ſancti Laurentii in miranda.

Templum concordiæ in Palatino colle contra Templū ſanctorum Coſmæ & Damiani,

Comicium inter Turrim, quæ palara dicitur & eccleſiā Sancti Laurentii in mirāda, ubi porci uenundantur.

Cumulus nunc acceptorum corrupto uocabulo antea monscitatorum uocabatur. in Campo Martio eſt poſt columnam Celiam ad Occidentem. Citatorum dicebatur quia poſtquam citati tulerant ſuffragia, ne laturis ſe immiſcerent, & cui fauiſſent dicere poſſent per pontem qui erat in loco ubi colūna Cœlia eſt tranſeuntes ſeparabantur.

Lacus in quem Iuturna ſe merſit pro aqua uirginea eſt, qui locus pro Iuturna nunc dicitur lo Treglio.

Campus Martius ubi Columna cœlia quæ in honorem antonini Pii. clxxv, pedum erecta fuit,

Prætoriana caſtra reduxit Tyberius in arcem, quam fecit ubi nunc caput bouis appellant in uia Appia prope ſanctum Sebaſtianum,

Eccleſia ſanctæ Mariæ de minerua Templum Iſidis.

In colle Vaticano incluſo Vaticani dei Templum fuit

Naumachia ſub monte uaticani & Palatio.

Eccleſia Beati Coſmæ & Damiani. Templum Romuli.

ROMA,

Montes Vrbis.

Capitolium qui & Tarpeius mons & Saturnius, Vbi pandana porta, olim arua ſaturnia. Virg. viii, Hinc ad tarpeiam ſedem & capitolia ducit aurea nunc olim ſilueſtribus horrida dumis

Auentinus mons ubi Dyanæ Templum ab aduentu nauium.

Palatinus mons, Vergi. viii. Arcadas has oras genus a Palante profectum Qui regem Euandrum. comites qui ſigna ſecuti Delegere locum & poſuere in montibus urbem Palantis proaui de nomine Palanteum.

Cœlius mons a celio duce Tuſcorum,

Exquiliæ ab excubiis regis

Viminalis a Templo Iouis uiminei. cuius aræ ſunt collis poſt ſanctam Suſannam,

Quirinalis a templo Quirini uel quia Cures duce tatio ibi poſuerunt caſtra, Mons eſt inter portam populi & portam Salariam.

Mons Ianiculus a Martio anco urbi additus

Ara cœli in Capitolio in feretrii Iouis templo fundamẽtis extructa eſt.

Iuppiter Capitolinus ubi nunc ſaluator in maximis.

Iani Templum ubi nunc Cancellaria, ideſt ubi ſunt carceres

In rupe Capitolina Templum Iunonis monetæ, Virg In ſummo cuſtos Tarpeiæ Manlius arcis

Cliuus Capitolinus e regione reſpicit Eccleſiam ſancti Georgii ad uelum aureum

De Auentino,

In Auentino Lucinæ Templum, de quo Ouidius. Lu⸗ na regit menſes huius quoq; tempora Menſis ſumit Auentino Luna colēda iugo. ſub quo fons erat, Idem. Lucus Auentino ſuberat nigra Ilicis umbra, Quo poſſes uiſo dicere numen ineſt, In medio gramen muſcoq; adoperta uirenti Manabat ſaxo uena perēnis aq̄,

De monte Palatino.

Eccleſia ſancti Andreæ de palara, eſt ītra Palatium. In cætera parte Palatii uínea & prædium muro cinctum

De celio.

Eccleſia ſancti Ioannis Pauli in Celio ſuper fundamētis curiæ Hoſtiliæ/

Duo aquæductus quorū unus in Capitoliū ducebatur ab antonio Caracala. Alter in Auētinū a Claudio, ut literæ in tabula marmorea apud hoſpitale ſancti Ioan⸗ nís Laterani oſtendunt.

Eccleſia ſancti Stephani in celio rotunda in æde Fauni extructa. Eccleſia ſanctorum quatuor coronatorū ſup caſtra quæ dicebantur peregrinorum

Sanctus Ioannes Lateranenſis fuit palatiū lateranēn.

Porta maior in celio mōte non longe a laterano.

Amphitheatrum Statilii Tauri in Celio.

Eccleſia monaſterii Cartuſienſium in palatio Soſociāo & in eodem loco Veneris & cupidinis templa ſimul iuncta,

De exquiliis

Mons Caballus in exquiliis quæ a turribus quæ nunc comitum & foro Traiani uſq; ad Diocletiani Thermas protenduntur & deſinunt ad portam ſancti laurentii ali ter mons Exquiliarum a Diocletiani Thermis conti nuat per montem ſanctæ Mariæ maioris, ſancti An toni, ſanctæ Praxedis, ſancti Viti in macello uſq; ad lauicanam uiam, quæ ab amphitheatro hoc eſt Coloſ ſeo incipiens & ad ſanctorum quadraginta martyrum Clementiſq; ac Petri & Marcellini eccleſiam cõtinuat priuſquam portam maiorem attingat Celium ab ip ſis Exquiliis dirimit.

Monticulus inter Exquilias Suburra dicebatur.

Sancta Maria in Populo Tumulus Tarquinii immíet uſq; ad Pincianum palatium.

Thermæ Corneliorum in uico Corneliorum domus Corneliorum dirutæ.

Corneliorum uia in Caballo ubi duæ ſtatuæ iacentes/ una Bacchi, altera Saturni, Vt Apollodorus ſcribit/ quorum templa ruinæ, prope adſtantes.

Caballi duo illi Tyridatis Armeniorum regis fuiſſe ſex tus Rufus dicit

Turris nunc Meſa dicta Turris eſt Mœcenatis & orti circum, ex qua Turri Neronem ſpectaſſe incendium urbis dicit Tranquillus.

Proſper Columna habitat in Mœcenatis hortis

Regio Triuii nunc, quæ ſcelerata Via erat ſub Ex quiliis.

Eccleſia ſancti Cyriaci in Thermis Diocletianis

De Thermis,

Thermæ Alexandrinæ ab eccleſia ſancti euſtachii & edibus Ioannis Baroncelli a Campo ſanctæ Mariæ rotondæ hinc ad Lombardorum plateam & Agonem: qui circus flaminius eſt/inde ad binas pene turres Ioānis Maroni prothonotarii reatini

Thermæ Agrippinæ ſunt pantheoni cōtiguæ e regione uerſus mineruam ædium porciorum/Cincii Ruſtici/ Baptiſtæ Thenis, Georgii Cæſarini protonotarii complectitur.

Thermæ Antonianæ in regione ad uiam ardeatinā, ubi ad ſeptentrionalem plagam eccleſia eſt ſanctæ priſcæ ad orientē ſanctorū Nerei & Achilei/ſancti Xiſti monaſterium ipſas thermas e regione reſpicit,

Thermæ, Metodium, Naumachia, & cætera Domitiāi opera fuerunt quæ cernuntur undiq; ad ſanctū ſilueſtrū inter flaminiam uiam, & collē Pincianum ad monaſterium ſancti ſilueſtri.

Arcus triūphalis inter eccleſiā. ſ. Silueſtri & Laurētii in lucina uiā amplexus flaminiam. Domitiani triūphalis fuit ubi cernere eſt ipſum qualis a Suetonio deſcribitur ſtatura procerū ſed tunc ſedentem dormiētemq; & mineruam quam ſuperſtitioſe colebat ſomniantem excedere ſacrario, negantemq; ſe ultra eum tueri poſſe quia exarmata eſſet a Ioue

Palatium quod fuit Morinenſis Card. edificatū eſt ſup Domitiani opera.

Prænestina uia quæ ad portam ſancti Laurentii,

Gordianorũ domus ducẽtas Colũnas uno ſilo habuit & eorũ Thermæ fuerũt poſt ſanctũ Euſebium in uia Præneſtina ubi ruinæ cernuntur.
Cõſtantini Thermæ ubi duo Caballi & quatuor ipſius ſtatuæ pedeſtres.
Eccleſia ſanctæ Pudentianæ in Thermis Nouatiani rogatu Praxedis ſororis a Pio.iii. ædificata eſt.
Monaſterium ſancti Laurẽtii in Pane .& perna in thermis olympiadis ædificatum.

De exquiliis,

Trophea ſacra Marii de Iugurtha & Cymbris in eccleſia ſancti Euſebii & ſancti Viti in macello cernuntur.
Gallutii Thermæ hodie appellatur baſilica/quam Suetonius ſcribit, C.Cæſarem.C.& Lucio nepotibus extruxiſſe in exquiliis.
Macellum hodie in exquiliis ubi eccleſia ſancti Viti ĩ macello/& arcus in macello
Arcus in macello Gallieno Imperatori poſitus

De Viminali colle.

In colle Viminali tria teſte Plinio.xvii.lib.fuerunt mirãda ædificia.domus Craſſi Oratoris.Q.Catuli.quicũ Mario Cymbros fudit.&.C.Aquilii equitis & iuriſcõſulti cernuntur ruinæ ad ſanctam Suſannam
Saluſtiani horti inter Quirinalem & Viminalem a portu ſanctæ Agnes prope ad ſanctam Suſannam extenduntur Ruinæ.

De aliis locis celeberrimis,

Plane Exquilias inter & cæliũ mõtẽ ubi monaſterium monialiũ.ſ.Andreæ/tabernacula antiquitus dicebatur.

Carinę incipiebant a Tabernacula ad Marii Trophea.

Via Sacra dicta, quod per eam ab arce ad augures ſacra quot menſibus ferebantur.

Coſmæ & Damiani eccleſia in uia ſacra in templo Romuli uel Vrbis Romæ.

Curia uetus in parte carinarum erat apud eccleſiam ſancti Petri ad Vincula, fornices maximi inter ruinarū uaſtitatem contra Coloſſeum aſpiciunt

Via ſacra Curia ueteri iuxta amphiteatrum ad Capitolium uſq;

Eccleſia .ſ. Agathæ, eccleſia Gothorum, fuit in ſuburra.

Ara cœli primum Templum a Romulo ędificatū, non longe inde ara Iouis ſtatoris.

Vbi nunc Tyberis eſt, quæ uulgo pallara dicitur, locus depreſſus, in quo miranda eſt eccleſia ſancti Laurentii, Lacus Curtius erat, & templum Fauſtinæ.

Multa Neruæ ibi ſunt monimenta, ubi nunc dicit̃ Noe arca interiacet, Palus nunc uocatur.

Templum Iani erat ad eccleſiam ſancti Georgii ad uelū aureum pene in agro extat, candido marmore extructū, quod partim eſt inter forū Boarium, & piſcarium.

Eccleſia ſancti Georgii in ruinis uelabri ædificata in mōte Auentino,

Porta Ingens Capitolii ad eccleſiam Saluatoris in maximis ſemiobruta. Ibi erat Cliuus Capitolinus, qui eſt inter Ianum & Velabrum.

FINIS:

DESCRIPTIO VRBIS ROMAE PER R, VOLATERANVM.

LAtiũ antiquũ á Tyberi uſq; cir=
ceios erat. Deinde uſq; ad lirim p̃
tractũ Plinio. horum caput Ro=
ma, teſte Dioniſio Siculi gens in=
digena prius tenuere. Ante hos
nulla memoria. Deinde Abori=
genes Siculis pulſis longo bello
qui in montibus prius habitaue=
re ſine muris uicati. Venere poſtea Pelaſgi, & alii græci,
q auxilio Aboriginibus fuere, & ſubiugandis finitimis,
& ædificandis urbibus á Tyberi uſq; ad Lyrim. uocati=
q; Aborigines uſq; ad bellum Troianum, Sub Lati=
no autem Rege Latini, Poſtremo á Romulo Roma=
ni. Aborigines enim ipſos alii Indigenas fuiſſe, ac nomi=
nis cauſam ex montium habitatione traxiſſe. Nonnul=
li uero gentem uagã, & ſine laribus. Cato & Sẽpronius
græcos eos dicunt, ex Achaia ortos ciuitate. Sed uerior
ſermo habet ex Arcadia aduectos, duce oenotrio, licaõis
filio, multos ante bellum Troianum annos cum Peuce=
tio Socio, Hæc ex Dioniſio, Trogus autem libro. xlvii.
ſic ait. Cultores Italiæ primi Aborigines fuere/quorum
Rex Saturnus iuſtitia præditus fuit/ut nihil ſub illo q̃ſ
quã priuatæ rei habuerit/ob cuius exẽpli memoriã cau=
tũ eſt/ut in Saturnalibus ex æquali oĩm iure paſſim in
cõuiuiis ſerui cum dominis recõbãt. Itaq; Italia Regis

noīe Saturnia appellata,& mons ubi habitauit Saturnius,in quo nūc ueluti à Ioue pulſo ſedibus ſuis ſaturno, Capitolium eſt. Poſt hunc regnaſſe faunum ferūt. ſub quo Euander ab arcadiæ Vrbe palāteo in Italiam uenit: cui Faunus montem quē ille Palantæū, poſtea de noīe patriæ uocauit. Cōceſſit, In huius radicibus templū Lyceo, quē græci Pana, Romani Lupercal uocant, conſtituit. Hæc Trogus. Liuius itē Herculē dicit paucis poſt annis deuicto Geryone cū bobus huc conceſſiſſe, exceptumq; ab Euādro,& aram ei maximam ſub radicibus Auentini poſitā: Virgilius quoq; in octauo pulcherrime hanc originem repetit.

Hæc nemora indigenæ Fauni nymphæq; tenebant. cū his quæ ſequuntur. De nomīe aūt ipſius Vrbis Feſtus hæc ſcribit. Cephalus Gergitius, Qui aduētū æneæ in Italiam ſcripſit, Ait Romā à Comite quodam Aeneæ ī monte Palatino ædificatā ſimul & noīatam. Apollodorus à Romo filio Aeneæ & Lauiniæ. Areius q ſcripſit res cumanas, é Sicyone huc ob inopiā domiciliorū delatos quoſdā à multo errore Aborigines uocatos, montēq; Palatinum in quo conſederunt, à robore ſuorū & uiribus Valētiam appellaſſe, quod nomen poſtea ab euādro adueniente græce appellatū ῥώμην, Agatho mycenarum hiſtoriæ ſcriptor, Aeneam ex uaticinio Heleni in italiam cum Roma ex Aſcanio nepte Vrbem de illius nomine condidiſſe. Gelius poſt obitum Aeneæ Imperiū Italiæ perueniſſe ad latinū Telemachi circeſq; filium, & ex Roma filios ſuſcepiſſe Romumq; & Remum. Vrbemq; in Palatio conditam ex Romi nomine uocaſſe,

Liuius & pleriq; alii hos duos ex Ilia ueſtali,& marte natos a numitore auo expoſitos,& ab acca Laurentia fauſtuli uxore nutritos,lupę nomine/quod meretrix eſſet,alterum Romulum ex auſpicio uiſo.xii,uulturum,Vrbi nomē dediſſe.Hæc de Romæ origine apud ueteres comperta,ipſius Natalem quo Palilia Romulus celebrauit, Ouidius.xii,kal.Maii tradere uidetur . nonnulli. xi. dicunt. Quo horoſcopo ſane incertum,cum alii alios ponant.Ante Salutem annos ferè.Dcc.Poſt Ilium captū cccxxxiii.Olimpiade.vii.ut ait dioniſius,

Tribus in ea.xxxv.Pedianus fuiſſe ſcribit a tributo ut inquit dando/uel quod tres tantum a principio fuerint.tatienſis a Tatio.ramnes a Romulo.Luceres a lucumone,aut Luco,quē Aſylū Romulus appellauit.Tribuū autem nomina ex uariis auctoribus collecta,huiuſcemodi ſunt,Romilia.Tatienſis.Suburana,Palatina,exquilina,Collina.Claudia.Lemonia.Pontia.Cruſtumena, Scaptia.Stellatina;Sabatina,Tomenina.Armenſis,Papyria,Pupina:popila,Pollia,Galleria.Falera,Veturia. Aemilia.Cornelia/Vfentina,Mentina,Pontina, Publica, Antheſis,Velina.Anienſis,Terentina.Volicinia,Mæcia.Faucia.Quas Plutarchus nomina Sabinarum nuptarum dicit fuiſſe:apud alios tamen auctores diuerſas ob cauſas,

Vrbis regiones.xiiii.fuiſſe ex inſcriptione/quę pro ædibus hodiæ capitolij cernitur,palam eſt,quam mihi ponere uiſum eſt.

IMP.CAE.Diui Thraiani parthici,filio.Diui Neruæ Nepoti.Traiano.Hadriano Aug.Pont.Max.Trib.pot.

Pot.xx.Imp.ii.Coſ.iii.PP.
Magiſtri uicorum urbis regionum.xiiii.
His ego monſtratiunculas nonnullas ex antiquariorũ opinione ſubiciam, non tam ut multis, præſertim eruditis incognitas, quam ut omnibus uel peregrinis cognoſcendas/ne princeps terrarum ciuitas per indigẽtiam minime deguſtetur. Plinius lib.iii. Spatium urbis á milliario ad ſingulas portas quæ tunc erãt, Milliaria dicit eſſe per directum ferè.xxx. Ad extrema uero tectorum cum caſtris prætoriis ab eodem milliario per uicos omnium uiarum paulo amplius.lxx. Compita item Larium, regionum omnium.cclxv.exiſtere. Quin & auſus ipſe tectorum altitudinem in ſpatio computare. Erat autẽ milliarium ſignũ in fori Ro.capite unũ principiũ itineris ad oẽs portas, omneq; iter capiebatur. Vrbis circuitus ſub Valeriano, qui mœnia reſtituit, fuit teſte Spartiano milliaria.l. Quod ſane uériſimile non uidetur, niſi ex iuriſconſulti ſententia indicabimus/qui Romam aliam ab Vrbe facit, Vrbem tantum intra mœnia eſſe. Romam uero ſacrum etiam pomœrium, ſuburbanaq; compræhẽdere, Nã ab Ocricoli põte uſq; ad mœnia, uia plena edificiis erat. Itaq; peregrini ſe tunc urbem ingredi putabant/ut accidit Conſtantino principi, teſte Marcellino, cũ primum Romã cũ ormiſda uenit, & ubi mediũ eſſet Vrbis percunctatus. Romulus ab initio palatiũ tribus tantum cinxerat portis. Mugonia ab aĩaliũ mugitu.ĩde exeũtiũ/carmentali ab Euandri matre/quæ poſtea ſceleſrata ob egreſſos.cccvi. Fabios uocata. Et pãdana, ſeu liberaq̃ in aſylum tendebat/qđ augendæ urbis gratia cri-

minoſorũ inſtituerat, Liuius ſcribit.xxxvii.fuiſſe, Puto ueteres/cõnumerãdo q̄ intra auctã reſtiterãt urbẽ.quæ uero nunc apparent flumentana populi porta ex antiq̄ Flumentana quæ ignorať.Nã ipſius Liuii tempore,qui illius meminit populi porta nõ erat/cũ mœnia collinam non excederent.Hic igitur nephandi Neronis ſepulchrũ templo diuæ genitricis ceſſit.Et uia flaminia inter quam & ripam tyberis,nunc quoq; ueſtigia Auguſti ſepulcri cõſpicimus,quem Hadrianus æmulatus e regione ſimile in uaticano excitauit:Porta Collatina: quæ Collatiã Sabinorum opidum ducebat/dicta etiã Procopio Pinciana á Pincio Senatore.Vnde Gothorum olĩ irruptio, Mõs pincius collis dicebatur hortulorũ/qđ pars inferior humida hortis accõmoda exiſteret.Deinde Salaria á ſale in Sabinos exportando,ſeu quirinalis á q̄rini ſacello, eadem & Collina á colle Quirinali q̃ & tricepſis, quinquicepſis Varroni ex capitum & collium numero dicit. Feſto aũt & Agonius/quaſi ſine angulis eſſet/ex quo ueriſimile circũ deinde flaminium Agoniũ poſteros appellaſſe/qđ mõ Circi maximi ãgulis ex omni parte careret. quamq̃ apud uarronẽ Aegonius ſcribit mendoſe.Vſq; ad portã Collinã mœnia fuerant/quæ illi uſq; ad pontẽ miluiũ prorogare cogitarunt, Verũ Aruſpices prohibuere/quod intra urbem nec habere comicia/nec legere milites pro exercitu liceret.Deinde Viminalis / ſeu ſanctæ Agnetis uiminum multitudĩe.NAEuia ſeu porta maior: Exquilina,ſeu Tiburtina,ſeu ſancti Laurẽtii.Cœlio mõtana nunc clauſa prope ſanctum Stephanum rotundũ. Aſinaria,ſeu ſancti Ioannis,latina antiquitus non nomi-

nata,ſed tantum uia Capena,ſeu ſancti Sebaſtiani,ubi ap-
pia uia:trigemina ſancti Pauli exiſtimatur/quomodo tñ
haud ſatis ſcio/cum liuio teſte Horatii,qui cum curiaciis
pugnauerunt/porta Trigemina ſint egreſſi/quo tpe non
erat hæc pars auẽtini/niſi forte ex uetere porta huic indi-
tum nomẽ aurelia,ſeu.ſ. Pancratii:portuenſis& uaticana
ſatis notæ. Septimiana etiã trãſtyberí ubi ſeptimii ſeue-
re inſcriptio anteq̃ ab Alexandro reficeretur legebat̃. Tri-
umphalis cum ponte é regione ſancti ſpiritus interiit,q̃q̃
de hac diuerſæ ſententiæ.

Pontes

POntes primum inſulæ Fabricius& Ceſtius, quorum alterum ualentiani & gratiani/alterũ lepidi &.M.Caninii nomine reſtitutũ inſcriptio adhuc indicat.ſublicius ab Anco Martio/poſtea lapideus ab Aemilio factus,æmilius eſt dictus/atq; is eſt cuius extant fundamenta ad eã pertinentia ripam, ubi nunc naualia ſunt. Aurelia qui & Xiſtus poſtea ab auctore reſtituẽdi dictus.Aelius ab hadriano apud eius mollem. Vaticanus ſeu Ianiculenſis ꝑpe ſanctum Spiritum, iam deſiit. Sunt qui diuerſos eſſe dicunt. Miluius ab omnibus cognitus. Palatinus / ſeu ſanctæ mariæ, qui in palatium ducit:Extra urbem uero Mameus a matre Alexandri Imp.inſtauratus, quẽ antonius pius fecerat. Nomentanus, quo itur nomentum a Narſete factus/ut eius carmine indicatur.

A Q V æ ex Iulio frontino dicendæ, qui aquarum curę a Nerua delegatus fuit. Igitur nouẽ ab eo ponuntur. appia/poſt indiciũ ſamnitici belli íducta ab appio Claudio Cenſore/qui& uiã appiã á porta Capena Capuam uſq;

ſtrauit. Concipitur in agro lucullano, qui nunc tuſcula-
nus putatur. Via præneſtia. Anienē ueterē. M. Curtius
cēſor cū. L. papirio annis. xl. poſt appiā perducendā de
manubiis é Pyrrho captis curauit. Cōcipitur ſupra Ty-
bur. xx. mil. extra portam. Ro. Martia. a. L. Martio rege
in capitoliū perducta/concipitur uia Valeria ad mil. xxx.
prope Sublacum/quam ait ſuo tempore. Frontinus in
Auentinum á Traiano perductā. Traianam fuiſſe dictā:
ut etiam effoſum nuper marmor, quod nos uidimus in-
dicat. Tepulla quam ex agro Luculano Seruilius Cepio
&, P. Caſſius Longinus Cenſoŕ in capitoliū perducen-
dam curauerunt. Iuliam. M. Agrippa ab inuentore uo-
cat, introduxit ex Tepula uia ſubterranea, ſupra terram
uero fictili ſtructiōē opere arcuato. Idem uirginem ex lu-
cullano perduxit, ſic appellatam/quod querentibus aquā
puella uirgo uenas ingnotas monſtrauit. Concipiť uia
Latina mill. viii, in locis paluſtribus. Claudia quā caius
princeps introduxit ex fontibus Curtio, & ceruleo mill.
xlvi, uia ſublacenſi. Claudius abſoluit opere arcuato. ti-
tus deinde reſtituit, ut ex inſcriptione adhuc portæ ma-
ioris apparet, Huius ueſtigia maxime comparent tranſ-
eunt per Celium formæ nūc & olim appellatæ. ANio
nouus hic ex fonte purior quam uetus deductus. Ambo
uero ſimul & claudia in urbem confundebantur. Duę re-
gioni ſeruiebant tranſtyberinæ/quarū una Alſietina uia
Claudia mill. xiiii. lacu Alſietino concepta ob frigiditatē
minus ſalubris. quæ ab Auguſto fuit introducta, Alte-
ra Sabatina é ſtagnis ſabatiis poſt frontinū memorata:
De utriſq; quid ſentirem ſupta narraui. Harum quoq;

hodie uiſuntur ueſtigia formæ unius extra portam brã
chatii, quam Sabatinam putauerim: Alterius apud ſan
ctum ſpũm. Almo is exiſtimatur, qui apud portã Ca-
penam in urbem uſq; ad circũ Max. nunc profluit, Ex
quo Iuuenalis, Madidamq; Capenã, ALTA ſemita re
gio & uia a Thermis Cõſtantini uſq; ad portã Vimina
lẽ. VIA lata regio & uia ſatis moſtratur ex æde nũc. S.
M. in uia lata, Via triũphalis circa celſi tẽplũ e cuius re-
gione pons erat, recta p flore nũc cãpũ uſq; ad uelabrũ
carinæ apud Petri uincula unde & auguria captabantur
Piſcina publica regio & uia circa Xiſti templum & ther
mas Antonianas, Vaticanum ait Varro a uatum ibi re
ſponſis ſeu quod deus Vaticanus qui puerorum uagiti-
bus præerat ibi coleretur.

FORA.

Romanum imprimis ab arcu nũc Seueri ad tris nunc
extãtes colũnas pertinẽs cõtra Coſmũ & Da. apud quas
equeſtris Domitiani ſtatua Statiana fuerat. Hoc forum
Cæſa. Dein. Augu. teſte Tranqllo, ampliarunt ex quo
Mar. ait. Atq; erit in triplici par mihi nemo foro. Neruæ
idẽ & tranſitoriũ qđ ad Traiani inde ad alia fora tranſi-
bant/qđ ne ſpatio fraudaret pars quirinalis eſt exciſa. hu
ius adhuc extant ueſtigia. Boariũ apud. ſ. Georgiũ ex ar
cus uicini inſcriptione quod ibi bouis eſſet ſtatua. Oui-
dius Area quæ poſitos de boue nomen habet. Erat & pi
ſcarium haud lõge a Boario ut ait Varro, ruſticorum &
Cupedinis & olitorũ/& piſtorũ iuxta ædẽ Veſtæ. Cã
pus Martius q Tarquinii fuit ager quod extra urbẽ eſſet
in cõfeſſo apud oẽs. Q uamobrem & Pantheon & cir-

cus flaminius extra fuerant, Columnæ cocleæ duæ, altera Traiani ubi depictum bellum dacicum: cui apud pthos res gerenti dedicata fuit a ſenatu. Altera Antonini pii in reg. Columnæ/cuius egeſtio fundamenti uti quorūdā opinio/uicinū fecit montem, qui acceptorius dicit. Quidā antiquiorem faciunt citatorūq; prius dictum, quo citare ad comicia tribus ſe recipiebant.

De Thermis.

Thermæ diocletianæ notæ. Cōſtantinianæ apud equos Tiridatis Alexandrinæ q̄ antea Neronianæ fuerāt apud S. Euſtachiū. Agrippinæ apud Pantheon. Titi poſt. S: martinū, dicuntur hodie capoces quaſi capaces aquarū. Apud has hoc anno. m. dvi. Felix Romanus ciuis dū arcum diu obſtructū in uinea ſua recludere, Laocoon Virgilianum cum duobus filiis inuenit a Plinio li. xxxvi cap. v. his uerbis memoratum. Laocoon in Titi Impe. domo opus omnibus & picturæ & ſtatuariæ artis præponendū, ex uno lapide eum & liberos draconumq; mirabiles nexus de conſilii ſententia fecere ſummi artifices Ageſander Polydorus, & Athenodorus Rhodii. Viſū igit noſtris par opus famæ, quapropter pontificis iuſſu in ædes Vaticanas traduntur.

Thermæ Domitianæ apud Silueſtri. Nouatianæ apud Pudētianæ, Gordianæ Euſebi, Olympiades apud Paniſpernæ Templa, Varianæ autem & Syrianæ & Decianæ in Auentino.

De Templis,

Templa etiā quædā deprehēdimus æſculapiji inter inſu

læpõtes.quod.ſ.Ioannis.Ex altera parte Iouis,quod.ſ.
Bartholomeo nunc dicata uidemus, nec alia ueſtigia ap/
parent.Ouid.Iunctaqꝫ ſunt magno templa nepotis auo
ipſam uero inſulam teſte liuio aggeres frugeſqꝫ in eũ lo/
cum conſtipatæ fecerunt, quæ ex agro tarquinii in tibe/
rim deiecto conuenerunt.Herculis apud ſcholam græ/
cam ſub auentino/ubi ærea ſtatua mea ætate reperta, q̃
in ædibus conſeruatorum uiſitur.Aedem Herculis ro/
tundi ad forum Boarium liuio, quæ nunc Sancti Ste/
phani rotundi iuxta Tyberim:ſatis habet argumenti eſ/
ſe propeqꝫ aediculam pudicitiæ inter ſcorta & Oenopo/
lia, nũc ſanctæ mariæ ægyptiacæ dicatam. Veneris eri/
cinæ extra portam Colinam ex uerſu Ouidiano. Tem/
pla frequentari collinæ proxima portæ, nunc inter ue/
pres monimenta quædam apparent.hic teſte liuio ludi
quandoqꝫ faſti Tyberi circumflua inundante. Aliud itẽ
Veneris apud circum maximum Solis ab Aurelião cõ/
diti/quidam exiſtimant eas eſſe ruinas/quæ ſupra colum/
nenſium ædes apparent apollinis & Martis,ubi febris ſa/
cellum in uaticano.Martis item extra portam Capenam
ad tertium lapidem bello Gallico Camillo uotum, iu/
xta quod lapis manalis uocatus conſiſtebat, quo per ſic/
citates in urbem relato pluuia ſtatim manabat: Hodie
ſanctæ Mariæ prunetæ imago ſi quando Florentiã trã ſ/
fertur, idem, ſed cultu efficit ueriore. Martis ultoris ſu/
pra memoraui.Neptumni in ripa Tyberis id eſſe opina/
bantur unde his annis proximis prope ſanctum Blaſiũ
ingentes lapides ſunt effoſſi. Dianæ ubi priſca in auenti/
no:Iouis ultoris,quod & pantheon notiſſimum, Capi/

tolini ſupra narratur. Flore in Quirinali poſt Sanctā Suſannam ex Martialis carmine. Qua uidet antiquū proxima Flora Iouem. Nam capitolium uetus & prope. ſ. Suſannam cernitur, ubi deſcenderis. E regione uero horti Saluſtiani, Templum Caſtoris & pollucis, nunc Coſmi & Damiani ex Ouidi carmine. Fratribus illa die fratres de gente deorum circa Iuturnæ conſtituere lacus: Hic lacus prope ſanctum Georgium in ſpecis conſpicitur, Hi fratres Tiberius & Drulus fuere, qui tēplum quod poſthumis bello latino uouit, & filius dicauit illi reſtituerunt. Concordiæ, quod Manlius prætor in Galila uouit in arce dicatum. Alterum Flauius ſcriba in area uulcani. Tertium Liuia conſtruxit ob uiri cū ea concordiam/Idq; putatur quod in ortis ſanctæ Mariæ nouæ conſpicitur, TEMplum Pacis iam notiſſimum, Aram Pacis prius fecerat Auguſtus, quam auxit Agrippina. Iani apud ſanctum Georgium quadrata, nunc ruina. Ouidius. Cum tot ſint Iani cur ſtas ſacratus in uno, hic ubi templa foris iuncta duobus habes. TFMPLū bonæ deæ a Claudia ueſtali in Auentino, deinde a liuia reſtitutum. Saturni in foro ut deſcribitur a Macrobio/ ubi ærarium erat id exiſtimans coniecturis quod ſub capitolio Hadriano martiri poſtea dicatum cernimus, Iunonis Monetæ ubi ædes ſenatoris & olim domus Mālli. Vbi autem locus damnatorum Iuppiter tonans. ubi ara Cœli arx fuerat ex coniectura altioris loci, & ſubretranei/quem nos uidimus poſt arcem. Buſta Gallorū: qui Liuio teſte in obſidione Capitoli peſte abſumpti ibi cremabantur. Iuxta uiſitur Iuppiter Panarius ſiue piſto

rius ingenti ſtatua nunc cubitans memoria iactorũ pa-
num a Manlio opinionem copiæ facientium. In Capito
lio ciuium nullus poſt manſium damnatum habitabat
Ter aũt flagrauit. Ad id gradibus ſicuti nõc aſcendeba
tur carcer Tullianum uocatus, apud. ſ. Nicolaum. Eru-
ditioribus tamen hic carcer Claudii trium, uiri ſeu lato-
miæ ſunt, ubi. ſ. Petrus ſub Capitolio ex indicio, quod
teſte Varrone Tullus hoſtilius hunc foro Romano im
min entem condidit. TEMplum Veſtæ rotundum in-
ſtar pilæ quod ueſta terrã ſignificet Ouidio teſte. Numa
intra palatium & Capitoliũ dedicauit, quod & Cicero
indicat. lucus inqt ueſtæ ad radices palatii deuexus in uiã
nouã. nũc. ſ. m. liberatrix/ubi plurima ueſtalium ſepul-
chra uidemus eruta. Nã in ea parte uia noua multis uiæ
ſacræ cõiungit̃, Templum Fauſtinæ & Antonini appa-
ret ex inſcriptione prope Coſmũ & Da. libertatis in auẽ
tino ex mulctatitia pecũia a Ti. ſempronio Gracho gra
cotum auo. Matutæ a Seruio Tullio in foro, Deinde a
Camillo refectũ. FORtunæ uirilis ubi nude uirgines
inſpicibantur. Ouidius. Vtq; tegat, celerq; uiros, fortu
na uirilis præſtat. Amphitheatra duo primum Titi notiſ
ſimum fontes habebat duos ad recreandũ æſtu laborã
tem turbã. Alterius ſane fontis nunc in uia inter amphi
theatrum & arcũ Cõſtantini ſuperſunt ueſtigia. Vidiq;
ego iam uetus nomiſma h bẽs a tergo amphitheatrum
cum his fontibus. Alterum Tauri ſtatilii ex orti cænobii
S. Crucis oſtendit̃. Theatra tria. Põpeii apud ædes Vr
ſinorom in flore cãpo, ubi ſtabula ſunt equorũ, aperte
nũc cernit̃, q̃propter nõ temere fortaſſe poſteritas hũc

locũ de ipſius amicæ flore noĩe appellauit. Marcelli a cæſare cœptũ ubi ſabellorũ ædes Balbi ignorat. Bibliothecæ. xxiiii. Sed pcipue palatina & Vlpia. OBElisci ſex potiſſimi in circo max. duo quorũ unus adhuc mõſtratur obruptus. In cãpo martio unus, q horas hoſtendebat In Vaticano adhuc incolumis Auguſto & Tiberio dicatus ut ex inſcriptione apparet. Hic oĩno teſte Plinio in molitione effractus eſt. Nauis q̃ eũ ex egipto iuſſu auguſti aduexerat in portus cõſtruſtione ſubmerſa eſt, & arbor quatuor cõplectentiũ ulnis craſſitudine fuit. In mauſeolo item auguſti duo alti ſinguli ped. xlii.

Arcus etiã plures, ex quibus tantum apparent Titi cõſtantini, Seueri, Galieni ad. ſ. Vitum, & domitiani qua itur per flaminiam ad populi ædem.

CIRCI quatuor oſtẽduntur, Flaminius & maximus & apud tabernas obſcuras, appellatas ubi funes torquẽtur. Quartus apud. ſ. Sebaſtianum ob prætorianorũ exercitationem conditus uti putatur.

Naumachiæ quinq;, ex quibus una Domitiani mõſtratur e regione arcus eius/inter uinearum caua dextrorſus euntibus ad ædem populi,

Curiæ ſiue ſenacula quattuor traduntur Pompeii prope theatrum ipſius, Alia in capitolio ea eſſe conuicitur ubi adhuc Columnarum inſcriptio uiſitur, S, P, Q, R, incendio conſumptum reſtituit, Hoſtilia cum regia Tulli ubi ſancti Ioannis & Pauli ædes, Vetus apud Petri uincula, Nam & curiæ ſicut pleraq; publica opera dedicabantur: non tamen omnia dedicata ſacra,

Exquiliæ ubi.ſ.Maria maior prius ad præſepe dicta ab excubiis Seueri Tulli qui ibi habitauit.
Armiluſtrum putauerim ſpacii,qđ in teſtaria nunc eſt. Nā in regione Auentini ponitur nec ſane aptior locusre cenſendis armis.ac militibus oſtenditur.Fuere & in eo dem fornaces.
Argiletum & ficus ruminalis iuxta ambo ſub palatii par te ab latere,ſ.Georgii,apud etiam TEMplum uelabrū fuerat, Lupercal ex alia item parte ſupradicti montis:q̄ ſeptizonium ſpectat Seueri Imp.opus ſepulchri gratia conditum.
Tiburis locus adhuc durat ubi Martialis domus ex eius inditio carminis.
Inſuper ut cloacis aqua ſubterlabēte urbs pene tota pē ſilis erat.ut ex lib.iii.epiſt,Caſſiodori coniicimus, inter quas Cloaca maxima teſte Liuio a Tarquinio priſco fa cta quæ adhuc monſtratur e tabernis quadam iudeorū platea/& in ripa Tiberis, Id autem ædifici quod apud Angelitemplum cernitur ædes apparet reſtituta a Seue ro & Antonio filio ut ex inſcriptione cernitur nonnullo rum etiam priuata deprehenduntur.
Domus Neroniana teſte Tacito incipiebat inter cœliū & Palatinum circa fere arcū Conſtantini,tendebatq; in exquilias.
Domus Cæſariana ubi Liuia porticus, poſtea templū Pacis.Ouidius, Diſce tamen ueniens ætas,ubi liuia nūc eſt porticus,ingentis tecta fuiſſe domus.Trāquillus ue ro ait.Templum Pacis ubi liuiæ quōdam porticus. Do mus Ciceronis in palatio iuxta forum in eadem ptē. Ve

lia eſt a uellendis olí pecoribus/attondendiſq; gregibus in eo loco ut ait Varro, ubi ædes poblicolæ dirutæ Turris Mœcenatiana cum ortis unde Nero ſpectauit in cēdium inter thermas Diocletianas & baſilicam ſanctæ Mariæ maioris loco eminentiore. Priuata Traiani, ideſt ædes cum Thermis in Auētino teſte. P. Victore ea nūc apparent quæ in uinea noſtra compræhenduntur, nam eo uſq; aqua item Traiana deducebatur ut ex marmore litteris repertis couſpeximus. Hic enim Marius frater ue tuſtatis curioſiſſimus alta effoſa tellure Camerar litho ſtrata, ſolia balnearum, latiſſimaſq; reperit habitatiões, Prata Mutia & Quictia trans tyberim quorum alter a prata uidemus appellari. Altera Quictia. quæ. Q. ci cinatus arabat contra ubi tunc naualia erant. Liuius dicit eſſe. Naualia autem ipſa nunc ripam uocamus. In Cœ lio præter aquarum forma EDES Lateranorum, pro peq; æream ſtatuā pacificatoris, M, Antonini uidemus Nymphea in urbe. xi. erant enim loca principum uiroꝝ amœna aquis inductis. Mutatoria item magnorum pri uatæ domus ad ſeceſſum & delitias. Baſilice etiam plures quo ſe deciperent diuerſi litigantes. In VRBE tota ædi culæ. cccxxxix. Domus. Mxlcvi. Inſulæ. xlvi. m. Dcii. ui ci. cxx. Vicomagiſtri. Dclxxiiii. Curatores uiarum. xxix. officiorum piſtoriæ. ccliiii. Cohortes prætoriæ. x. Vrba næ. iii. Vigilum. vi. Menſæ oleariæ. ii. mil. ccc. Caſtra equitum ſingulariorum/peregrinorum. miſenatium, ra uennatium, Tabellariorum, lecticariorum/Victimario rum, Silicariorum, prætoriana ubi nunc caput bouis in uia Appia a Tiberio ibi præſidio dicata primuſq; tyran

nicum morem exercuit. Domus hic etiam maioris ædi ficii ac magnorum uirorum notantur. Reliquæ inſulæ. Templum ſiue ædem cum erat incolumis, cum uero ſe midiruta aut obſoleta, aream dicebant. Cœmiteria ſa cra Priſcille in uia ſalaria apud, ſ. Silueſtrum: Prætexta ti in uia Appia apud ſanctum Ianuarium. Catecumbæ apud. ſ. Xiſtũ. Domitillæ in uia Ardeatina apud. ſ. Pe tronillã. Ad duas laurus in uia labicana. Balbiæ item in uia Ardeatina. Calapodii in uia Ardeatina apud ſanctũ Caliſtũ. ad Vrſum pileatũ apud. s. Bibianam. Cõmodil le in uia Hoſtienſe. Traſonis in uia Salaria apud. s. ſatur ninum. In Cliuum Cucumeris. apud. s. Ioannem Baſil læ in uia Salaria. Ad inſulatas in uia pottuenſi. Apud. ſ. Felicem. Baſilica in uia ardeatinã. De cæteris uero religio ſis locis/quæ imprimis commemorare fas erat/inter põ tifices mihi dicetur. Reliqua item profana curioſoꝝ ſco læ diligentius perſcrutanda relinquo cum priſca urbis fa cies nulli ſatis dignoſcatur tot paſſæ barbaroꝝ iniurias.

Finis.

AD EVNDEM. R. IOANNEM MATTHEVM.

IAm laſſuli digiti feria optabant. cum Amo ri/qui perrumpit omnes difficultates, nihil factum uidetur. Nulla enim laſſitudo impedi re officium & fidem debet. Putauimus & ti bi fore non iniucundum, poſteriſq;, qui per te legent nõ

inutile, colligere& quaſi recognoſcere ciuitates Italiæ nec non loca/quibus nominibus olim uocabantur, & qui, bus irruentibus efferis nationibus poſt Adulterinis.i. barbaris decolorata ordeant. Cumq; mille ſexagintaſex ſint ciuitates Italiæ: ut nonnullis placuit ſeptingentæ ut Iginius, Stilus curiæ Romanæ ſexaginta quatuor recẽ ſet, Vix uni aut alteri ſua facies, ſuum nomen hæret tã tum poteſt abolere uetuſtas, & mori ſaxa nomina, Ti tulos cogere. Sed iam uale/ac felix perlege. piumq; p æs ac libram tuum complectare, diligas: in tuis habeas.

Ex Flauio.

LIGVRIA.

Ab Liguria patriaq; tua Vir lectiſſime Plinium ſecuti te xendum hoc opus duximus.

Liguria a Varro flumine ad Macræ amnis hoſtia longi tudinem habet, & hinc Appenino, inde mari ĩfero clau dit, qui ratione pars inferi maris adiacẽs a Varro ad ma crã dicit liguſticum pelagus/populi eius prouinciæ ligu res. Hi obſtinatius iugum Romanorũ recuſarũt, & illis aĩoſe aduerſati fuere auctore Liuio. tã dẽ ductu poſthu mi exarmati ſunt Genua regina regni Liguſtici, ab aliis dicta putat a Genuo phaetõtis ſocio. Alii de Iano fabu lant. Sũt q a gena mẽbro capitis ducũ ego uero a genio & geniali ſitu dictã reor. nihil eteñ genialius & amenius ſiue ueſtitius hac hora excogitari p õt, ubi ſẽp uerna aut

autũnat. Nuſq̃ delitiæ ſupiniores. Huius mẽtio prĩa fit ã Liuio libro. xxi. Diruit Mago frater Annibalis. Liuius lu cretio prorogatum imperium ſcripſit, ut Genuam oppi dum a Magone pene deſtructum exædificaret. Genua anno a lucretii inſtauratiõe plus minus ſeptingẽteſimo & ſalutis chriſtiane ſexcenteſimo atq; ſexageſimo, Ro thoris longobardorum rex Romanis, quorum impe rio ſemper antea ſubiecta fuerat, abſtulit. Mox cum ſæ uiter a longobardis regeretur, ad Carolum magnum Imperatorem Pipini filium defecit, præfectiq; ſunt du ces, qui comites dicebantur. Saraceni pœnis ſibi ſubie ctis immiſſi anno chriſti nongenteſimo & trigeſimoqn to Stephani ſeptimi Pont. Ro. Temporibus Genuam cœperunt, ſpoliaruntq;, & quod raro alibi eſt auditum omnibus mortalibus, qui cædi ſuperfuerunt populari ter aſportatis, muros Vrbis omni humano habitatore uacuos reliquærunt. Scribit tamen Andreas Dandulus Venetorum dux Franciſci Petrarchæ amicitia clarus im puberes omnes, breui Genuam fuiſſe reuectos. Eſtq; eius teſtimonium eo locupletius, quod Veneti, Ge nuenſeſq; magna ſemper æmulatione contendere ſoliti per Danduli ducatus tempora graui ac periculoſiſſimo utriſq; bello couflictati ſunt. A quadringentis uero an nis maximum Genua habuit incrementum, quæ uires nacta ingentes terra/ſed mari longe maiores liguriæ cui Imperat nomen obſcurauit: ut quæ pars in Varrum am nem expoſita occidentem ſpectat ſolem/riperia occiden talis, quæ ad Macram pertinens in orientem eſt uerſa, dicatur riperia genuæ orientalis. Inſuper Corſicam, Cy

prum, Aſiam Thraciam, Scithiam deductis colonis ac ſuis uictoriis illuſtrauit & negocio quã otio fælicior, nũc illis terrori eſt/quorum incidiis prius & crudelitate bis concidit.
Aternum opidum Liguriæ nunc Piſcaria uocatur.
Portus monœci, nunc Villa franca. Poſthæc monicus portus ut Ptholomeo placet nunc Monachus.
Imminet monacho caſtellum nunc ignobile ſola uiarũ aſperitate notiſſimum paſſus prope duo milia a mari re cedens Torbia appellatum, quod Iacobus bracellus uir eloquens & doctus. Trophea Auguſti a pricis appellatum fuiſſe affirmat, quæ fuit Patria Helii pertinacis Imperatoris Romani.
Abintimilium ciuitas/nunc Vintimilium.
Opidum Dianæ/nunc Dianum.
Abinganum urbs opibus ac uetuſtate nobilis nunc Albinga Proculo Imperatore Romano Alumno & ciue ornata.
Sauonam Liuius nominauit ſicut noſtra facit ætas. plinius Sabbatium. Pomponius mella Sabbatiam.
Liguria habuit olim latiſſimos terminos: quippe cũ Piſas in liguribus conditas Trogus ſcripſerit.
Genua habuit ad quadraginta Cardinales.
Genuæ latus orientale Ferior amnis præterfluit: quem nunc Biſamnem appellant.
Delphini portum, nunc portum finum uocant.
Proxime clauarum opidum nouũ Entella fluuius mare illabitur, quem aliquando laboniam dictum/nũc lauaniam appellant.

A Lauanio Vico originem traxere Fliſcorum familia Lauaniæ comitum nobiliſſima, Pontificibus & cardinalibus Romanis ornata.
Sigeſtæ Tiguliorum uico quod Sigeſtrum uocant cõtermina eſt monilia, quos duos colles uitiferos/Moneliam nunc appellant.
Vulnetia Caſtellum uulgo Vernatia appellatum,
Vina lunentia quæ Plinius plurimum laudat, nunc uernatiæ dicuntur, & hæc feſtinanti ſatis de ciuitate, de qua nunquam ſatis.

De Origine & geſtis Venetorum.

Anno conditæ urbis Venetæ Quinto Vigeſimo & trecenteſimo iuſtiniani ſecundi Imperatoris Conſtantinopolitani temporibus Gregorio tertio Pontifice Romano & Pipino primo Francorum rege Turci primũ Aſiam inuaſerũt. Fuerũtq; ipſi turci Scythiæ ex his quos Alexandrum Macedonem inter hyperboreos montes ferreis clauſiſſe repagulis cum alii tradunt ſcriptores, Tũ beatus Hieronymus affirmat.
Cum Veneti obedirẽt Imperatori Cõſtantinopolitano concedente Charolo principe iuſto & magnanimo permiſſi ſunt legibus ſuis ita uiuere/ut pariter utriq; imperio obedirent: cui fœderum cõditioni Leo tertius Pontifex maximus adſtipulatus eſt.
Saraceni tum primum Tyrannos habere cœperũt quorum unus Egyptum & Africã occupauit. Duo Hiſpanias inter ſe partiti ſunt, & Quartus Paleſtinam ac Sy

triæ loca cœpit.
Marci Euangeliſtæ corpus Venetias eſt tranſlatum duce Iuſtiniano Patritio anno conditæ urbis Venetæ primo ſeptuageſimo & quadringenteſimo. eccleſia quæ nūc extat ſancti Marci Venetiis ædificari cœpta.
Vrſus dux Venetus a Conſtantinopolitano Imperatore Protoſpatarius declaratus eſt, iſq; Dux accepti muneris gratias relaturus Cāpanas duodecī magni ponderis Baſilio imperatori dono miſit, quas primas habuit græcia. Exciti opulentiæ urbis Venetiarum fama Vngari ſigna conuertentes in eam duxerunt, & lembis tumultuariæ fabricatis quorum aſſeres pellibus conglutinarentur ciuitas noua capta ad primum impetum eſt incenſa.
Anno qui ſecutus eſt conditæ urbis Venetæ ſeptuageſimo quinto & Quadringenteſimo Saraceni Africam Genuamq; urbem cœperunt, in quam maxima uſi ſunt ſæuitia. Vrbe enim ſpoliata, & cæſis omnibus puberibus, impuberes & fœminas aſportarunt.
Aegeum mare nunc Archipelagus uocant,
Euboia nunc Nigropontus.
Andreas Vngariæ rex ab Honorio pontifice in prædictam expeditionē accerſitus, ius omne, quod in dalmatia ſuum ad id temporis regnum habuerat uenetis ideo cōceſſit: quia eum uſq; ad Damiatam cū exercitu amplo nauibus deportarunt.
Ptolemais, quæ prius Accon & accia dicebatur/ ita ſolo æquata eſt a Sultano, Vt Fundamenta ſint effoſſa ut nullum urbis, nullum poſt hæc ædificii ueſtigium appareret.

ETRVRIA

Magiſtratus Etruriæ Caſtaldio appellatus.

Liguſtini populi nunc Chararïæ dicuntur, de quorum marmoribus Iuuenalis, Nam ſi procubuit qui ſaxa ligu ſtica porta Axis.

Secũdus in Etruria fluuius auxeris a quibuſdã uetuſtis ſed a Liuo Mera appellatus, quem nunc Serclũ dicimus Apud Vmbronem fluuium, quem Plinius inquit na uigiorum eſſe capacem, Interius eſt Vibona Vetuſti no minis opidum.

Plumbinum noui nominis opidum, quem locum Ro manæ eccleſiæ rerum ſcriptores anno nunc trecenteſimo Plumbinariam dixere.

Populonia fuit uetuſtiſſimum opidum: quam Nicea pa tritius Cõſtantinopolitanus Dux naualis exercitus re gnante in Italia Bernardo Charoli Magni nepote ui ca ptam diripuit, & igni ferroq; funditus euertit, ut parua ipſius urbis ueſtigia nunc appareant.

Argentarius mons in peniſulam mari immiſſus, ĩ quo eſt uetuſti nominis portus Herculis: quæ loca rari nunc habitant,

Lacus Volſinienſium, nunc Bolſenæ, Bulſinum proco pius dicit.

Monsaltus ſuper Hoſtia lacus Bolſenæ Vetuſto in lo co grauiſcarũ quod appellat Virgilius intempeſtũ. Scri bit Plinius apud Grauiſcas Corallum gigni ſolitũ pro ut nunc gigni & expiſcari conſtat.

Cornetum crediderim eſſe quod Ptolemei, Plinii, Pom

ponii Mellæ teſtimonia caſtrum Inui uocāt. Auctū traditur eſſe Tarqniæ ibi proxime olim urbis uetuſtæ ruinis, unde Tarquinii orti.

Ciuitas uetus fuit centumcellenſis portus, quam Saraceni deſtruxerunt, ubi conſtat Auguſtinū libros de trinitate conſcripſiſſe. Ciuitatis uero Veteris portum prætergreſſi magna inueniunt uetuſti ædificii fundamenta in quibus Pyrgo appellatis, paruum ſacellum, eoq; in loco Pyrgos fuiſſe Veteres a Vergilio appellatos conſtat.

Proximus mare influit Ceretanus amnis, ſecus quem intus eſt Cereuetere nunc: quos fuiſſe ſcimus Cere ſeruatorum quo tempore galli Senones urbem cœpere/Sacrorum memoria celebre opidum.

Sequitur pertenuis locus in paludibus. Cui Perge olim appellato, nunc palus dicitur, ab Vrſinis poſſeſſus.

Annibal iuit per ualles arniſquæ erant ubi nunc eſt inciſa, ita dicta quoniam ſaxum apertum eſt/& ita exoneratus Arnus.

Bibiena opidum in montibus nobile.

Senatum urbi magno decori fuit celebratum in ea concilium, in quo Gerardus Florentinus epiſcopus in ſecūdum Nicolaum Pontificem Ro. creatus conſtitutionē fecit, quæ in decretis patrum extat, Diſtinctione tertia & uigeſima Pontifices Romanos eligendi Cardinalium collegio, & nemini ulterius ius eſſe, cui concilio centū & triginta Epiſcopi interfuere.

Dana fluuius nunc Palia.

Radicofanum a Comitiſſa Mathildi caſtellum eccleſiæ

dono datum.

Peruſiam Etruriæ primatiam ab Achæis cõditam Iu-
ſtinus inquit.

Mons Faliſcorum corrupte dictus mons flaſconus.

De orta ciuitate Etruriç fortaſſis intellexit Vergilius cum inquit. Ortanæ claſſes.

Ciuitas caſtellana ueii.

Franciſcus fianus certiſſimis docuit coniecturis Veios fuiſſe apud Pontianum caſtellum, Tyberi item & fião propinquum.

Ciminius lacus, nunc Vici.

Vetralla nunc/olim forum Caſſii.

In uia Caſſia duodecim a Sutrio abſunt Bacchanæ ue-
tuſti nominis locus:

Ex paruo Lacu Bacchanas atttingente paruus oritur fluuius apud Valcham in Tyberim cadens, qui licet aquis ſit tenuis & exilis, celebratum in hiſtoria habet no-
men. Eſt enim Cremera.

Lacus Tarquiniæ/nunc anguillariæ. ex quo familia flu-
xit, ut in Romanis noſtræ ætatis uetuſta, comitũ An-
guillariæ appellata/quorum Vrſus urbis ſenator Franci-
ſcum Petrarcham Laurea inſigniuit.

Finis Etruriæ:

LATINI INCIPIVNT.

Opidum Sanctæ Fælicitatis prope circeios, Plinius Nymphæum uocat.

Taracinæ etiam nunc adiacet paludis Põtinæ pars/quã paludem faciunt Amnes duo, eorumq́ maior Vſens appellatus.
Pons Coruus opidum fregellæ fuit.
Roma nunc petentibus Taracinam iter eſt primũ duodecimo miliario marinũ, quod non abſurde Marianã uillam fuiſſe ut credam facit proxima. L. Murenæ uilla ſemi etiam integra & prædiũ portium uulgo notum Gazalorum noui nominis opidum. olim. L. Murrenæ uilla. In opido quod corrupte ciuita indiuina appellant, lapis repertus eſt literas inſcriptus maiuſculas, quæ Lanuuium illud opidum fuiſſe oſtendunt.
Honorius tertius de gente Sabella.
Vbi olim fuit Forum Appii/nunc eſt monaſterium foſſa noua appellatum.
Valmontanum, ubi Lauici fuere.
Gallicanum, Gabios fuiſſe coniicimus.
Bonifacius annum Iubileum primus Romanorum põtificum Romæ inſtituit.
Ciuitas Bouillarum, nunc Babucum.
Extra Tybur monimenta ſunt uillæ, quam Hadrianus extruxit, de qua meminit Helius Spartianus.
Supra Tybur montes ſunt ardui & late diffuſi, ubi fortiſſimi olim habitauerunt Aequicoli, de quibus maro intelligit.
Federicus primus Imperator Romanus Theotonicus reædificauit Tybur.
Talliococii, uicus Varronis, alii uicum uarriũ id putant.
Pillum & Pullanum, nunc dictũ Piliũ & Palianum.

Monaſterium Sanctæ Mariæ de Crypta ferrata in uilla Ciceronis Thuſculana ædificatum.
Lucullanum lucii Luculli uilla, quæ nunc dicitur fraſcatum, ubi aquam uirginem, quæ nunc unica Romam perducitur, inuentam eſſe conſtat.
Tuſculani duce Rainone eorum Tyranno Federici Imperatoris Aenobarbi copiis coniuncti. Populum romanum clade maxima affecerunt, quæ cannenſi cladi prope ſimilis numero cæſorum fuiſſe dicitur, adeo ut roma poſtmodum caput nunq̃ attollere potuerit.
Eſt Albe marinoq; proximus Albanus lacus emiſſus a Romanis ut ueis potirentur.
Scribit Seruius nemus appellari Lucum haud lõge ab Aritia, in quo lacus eſt ubi ſpeculum Dianæ dicitur, qđ hodie Cynthianum uocatur.
Pulchrum & penè mirum eſt uidere clauos maiores æneos, quibus cubitalibus nauis conſtructa erat ita integros, ita politos, ut nuper a fabri ferrarii incudibus exiſſe uideantur.
Mammolus pons in uia Tyburtina ædificatus eſt a mãmea Alexandri genetrice.
Vetus Campania, nunc terra laboris dicta.

VMBRIA.

Vmbriam noſtri ducatum uocant Spoletanum.
Opidum ſancti ſepulchri burgus dictum, ædificatuꝫ eſt in fundamentis uillæ plinianæ, ad radices appennini prope Tiberina.
Tifernum ciuitas caſtelli dicta.
Tinium opidum nunc dicitur Topinum.

Aſſiſium Propertius Axim uocat, innuitq́ conſtruẽdo eius urbis muro conſilium attuliſſe.
Tennius ſiue Topinus amnis,
Montonum Bracteo rei bellice præſtãtiſſimus illuſtrauit. Triuium nunc olim Trebula, Vergilius Mutiſcas inquit. Subeſt colli, in quo Triuium eſſe duximus perlucidus fons tantam ſubito euomẽs aquam ut intra ſtadii unius curſum efficiat fluuium qui infra Fulginiam labitur in Topinum, Sertorius dux Romanus fuit Nurſinus, & ſanctus Benedictus.
Velinus lacus nunc a pede luci opido uocatus/qui cadit in narem prope Inter amnam ſex miliaribus.
Cures Numæ Pompilii patria prope eccleſiam Sancti Eutimi regionis Sabinæ, de qua meminit Gregorius in regiſtro.
Nomẽtũ opidũ nunc deſertum ꝓpter grauitatẽ aeris
Caſtellum in colle poggium Mirretum cui Torentulus adiacet riuus ſolis dictus. quem Digentiam uocat horatius Prope Farfarum opidum Poggium Curteſii a Curteſio amne ſubtus delabente uocatum quemquidẽ fluuium Alliam priſco nomine dictum fuiſſe conſtat.
Prope uallem quã facit Farfarus in ſabinis Horatius habuit agrum.

PICENVM.

Iſaurus fluuius, nunc Folia dictus
Saxum eſt prope Vrbinum ſiliceam habens duriciem ducentis paſſibus longitudine, & octo altitudine perfo

ratum/Curribus item factum eſt peruium, cura forma actuq; Forulo eſt appellatio. Docetq; titulus litteris cubitalibus in fronte exciſus. T. Veſpaſianum, & non Auguſtum Octauium, qui uiam ſtrauerat Flaminiam, id Foruli opus curaſſe.

Ricinetum & Ricine nunc Recanatum.

Macerata ciuitas noui nominis & ipſa Aeliæ Ricinæ ſicut Recanetum excidio auſpicium ducit.

Vrbs Saluia uetus diruta apud Caſtellum ſancti Geneſii/Opidum nunc Săcta Maria in Georgio inter primaria Marchiæ annumeratum, quæ urbs olim fuit tignium, de qua meminit cæſar in Commentariis, Sequitur amnis nunc Tenne, olim Tigniæ.

FLAMINIA.

Flaminia dicta eſt uia, quam Octauius Auguſtus ab Vrbe Roma, uel potius circo Flaminio Ariminum uſq; ſtrauit.

Vatrenum Immolæ fluuius, nunc Santerno.

Ariminum Fluuius, nunc Marida dicitur.

Pons Miluius ad Tyberim á Marco Scauro, ſicut ammianus Marcellinus refert, conſtructus.

Rubicon Torrens perexiguus, Piſatelum nunc & Ruconem uocant.

Adhuc in Marmore apud Rubiconem ſunt hæc uerba. Iuſſu mandatu ue. P, R. Conſ. Imp. Miles. Tiro. cōmilito Q uiſquis eſt, Manipulariæ ue Centurio Turmæ ue legionariæ huc ſiſtito, Vexillum Sinito, ne circa

hunc amnem rubiconem ſigna ductum / commeatum ue traducito. Siquis huius iuſſionis ergò aduerſus ierit, feceritúæ/adiudicatus eſt hoſtis. S.P.Q.R.

Sanctio Plebis Citi. S. Ve, C. Grimoaldus Longobardorum Tyrannus diripuit Forum POMpilii / & arari fecit.

Brentenorium Plinius Brintum uocat.

Caſtrum mutillum nunc dicitur mutiliana.

Rauennam muris nunc extantibus cinxit Tiberius Imperator, quod literæ docent cubitales ad portã eius clauſam)quæ aurea dicitur.

Fluuius ad ſiniſtram Rauennæ olim uitis/nunc aquæ ductus.

Caſtrum Carum eſt oppidum prius ſalſubium á ſcatente ibi ſalſo fonte dictum.

Bagnacauallum prius Tyberiacum, & aliquando ad caballos appellatum.

Martianus Torrens latera alluit mutilianæ, cuius mutili tunc appellati. L. Liuius in principio belli Macedonici meminit.

Finis.

AD VENERIVM RVFIVM RVTTILII Claudii Numatiani Galli Viri conſularis præfectorii urbis/tribuni Militum, præfecti prætorio. Liber Primus.

CVI TITVLVS ITINERARIVM

El ocem potius reditum mirabere lector
u Tam cito romuleis poſſe carere bonis.
Q uid lõgũ tot romã uenerantibus æuo?
Nil unq̃ longũ eſt quod ſine fine placet.
O quantũm & quoties poſſem numerare beatos
Naſci fælici qui meruere ſolo.
Q ui Romanorum procerum generoſa propago
Ingenitum cumulant urbis honore decus.
Semina uirtutum demiſſa & tradita cœlo/
Non potuere aliis dignius eſſe locis.
Fælices etiam qui proxima munera primis,
Sortiti latias obtinuere domos.
Religioſa patet peregrinæ curia laudi,
Nec putat externos quo decet eſſe ſuos.
O rdinis imperio, collegarumq́ fruuntur:
Et partem genii, quem uenerantur, habent,
Q uare per ætherios mundani uerticis axes
Connubium ſummi credimus eſſe dei.
At mea dilectis fortuna reuellitur oris.
Indigenamq́ ſuum Gallica rura uocant.
Illa quidem longis nimium deformia bellis,

Sed quam grata minus, tam miſeranda magis.
Securos leuius crimen contemnere ciues,
Priuatam repetunt publica damna fidem.
Præſentes lachrymas tectis debemus auitis,
Prodeſt admonitus ſæpe dolore labor.
Nec fas ulterius longas neſcire ruinas,
Quas mora ſuſpenſæ multiplicauit opis
Iam tempus laceris poſt longa incendia fundis,
Vel paſtorales ædificare caſas.
Ipſi quinetiam fontes ſi mittere uocem,
Ipſaq; ſi poſſent arbuta noſtra loqui.
Ceſſantem iuſtis poterant urgere querelis,
Et deſideriis reddere uela meis.
Iamiam laxatis caræ complexibus urbis
Vincimur, & ſerum uix toleramus iter.
Electum pelagus quoniam terrena uiarum
Plana madent fluuiis, cautibus alta rigent
Poſtquam Tuſcus ager/poſtquanq; aurellius agger
Perpeſſus geticas enſe uel igne manus:
Non ſiluas domibus: non flumina ponte cohercet.
Incerto ſatius credere uela mari.
Crebra relinquendis infigimus oſcula portis,
Inuiti ſuperant limina ſacra pedes,
Oramus ueniam lachrymis, & laude litamus
Inquantum fletus currere uerba ſinit.
Exaudi regina tui pulcherrima mundi
Inter ſydereos Roma recepta polos.
Exaudi genetrix hominum, genetrixq; deorum,
Non procul a cœlo per tua templa ſumus.

Te canimus, ſemperq; ſinent dum fata, canemus,
Soſpes nemo poteſt immemor eſſe tui.
Obruerint citius ſcelerata obliuia ſolem
Quam tuus ex noſtro corde recedat honos.
Nam ſolis radiis æqualia munera tendis
Qua circunfuſus fluctuat Oceanus.
Voluitur ipſe tibi qui continet omnia phœbus,
Eq; tuis ortus in tua condit equos.
Te non flammigeris Libiæ tardauit harenis,
Non armata ſuo repulit Vrſa gelu.
Quantum uitalis natura tetendit in axes,
Tantum uirtuti peruia terra tuæ.
Feciſti patriam diuerſis gentibus unam
Profuit iniuſtis te dominante capi.
Dumq; offers uictis proprii conſortia iuris,
Vrbem feciſti quod prius orbis erat.
Auctorem generis Venerem, Martemq; fatemur
Aeneadum matrem, Romulidumq; patrem
Mitigat armatas uictrix clementia uires.
Conuenit in mores nomen utrunq; tuos.
Hinc tibi certandi bona parcendiq; uoluptas,
Quos timuit ſuperat, quos ſuperauit amat.
Inuentrix oleæ colitur, uiniq; repertor,
Et qui primus humo præſſit aratra puer.
Aras pæoniam meruit medicina per artem,
Frætus & alcides nobilitate deus.
Tu quoq; legiferis mundum complexa triumphis,
Fœdere communi uiuere cuncta facis.
Te dea te celebrat Romanus ubiq; receſſus,

Pacificoq; gerit libera colla iugo.
Omnia perpetuos quæ ſeruant ſydera motus,
Nullum uiderunt pulchrius imperium,
Q uid ſimile aſſyriis connectere contigit arma,
Medi finitimos cum domuere ſuos.
Magni parthorum reges/macedumq; Tyranni
Mutua per uarias iura dedere uices
Nec tibi naſcenti plures animeq;, manuſq;,
Sed plus conſilii, iudiciiq; fuit.
Iuſtis bellorum cauſis, nec pace ſuperba
Nobilis ad ſummas gloria uenit opes.
Q uod regnas minus eſt, quam quod regnare mereris,
Excedis factit grandia facta tuis.
Perſenſere labor denſis decora alta Trophæis.
Vt ſiquis ſtellas pernumerare uelit.
Confunduntq; uagos delubra micantia uiſus/
Ipſo crediderim ſic habitare deos.
Q uid loquar aerio pendentes fornice riuos
Q ua uix imbriferas tolleret iris aquas.
Hos potius dicas creuiſſe in ſidera montes
Tale gigantæum græcia laudat opus.
Intercepta tuis conduntur flumina muris,
Conſumunt totos celſa lauachra lacus.
Nec minus & propriis celebrantur roſcida uenis
Totaq; natiuo mœnia fonte ſonant.
Frigidus æſtiuas hinc temperat halitus auras,
Innocuamq; leuat purior unda ſitim.
Nempe tibi ſubitus calidarum gurges aquarum
Rupit Tarpeias hoſte præmente uia.

Si foret æternus, caſum fortaſſe putarem,
Auxilio fluxit qui rediturus erat.
Quid loquar incluſas inter laquæaria ſiluas
Vernulaq; uario carmine ludat auis.
Vere tuo nunquam mulceri deſinit annus
Delitíaſq; tuas uícta tuetur hiems.
Erige crinales lauros. ſeniumq; ſacrati
Verticis in uirides Roma recinge comas.
Aurea Turrigero radient diademata cono
Perpetuoſq; ignes aureus umbo uomat.
Abſcondat triſtem deleta iniuria caſum,
Contemptus ſolidet uulnera clauſa dolor.
Aduerſus ſolem ne uis ſperare ſecunda,
Exemplo cœlo ditia damna ſubis.
Aſtrorum flammæ renouant occaſibus ortus,
Lunam finiri cernis ut incipiat.
Victoris Breni non diſtulit allia pænum,
Samnis ſeruitio fœdera ſæua luit.
Poſt multas Pirrhum clades ſuperata fugaſti,
fleuit ſucceſſus annibal ipſe ſuos.
Quæ mergi nequeunt nixu maiore reſurgunt,
Exiliuntq; imis altius alta uadi.
Vtq; nouas uires fax inclinata reſumit.
Clarior ex humili ſorte ſuperna petis.
Porrige uicturas Romana in ſecula leges,
Solaq; fatales non uereare colos.
Quamuis ſédécies denis & mille peractis
Annus præterea iam tibi nouus erat.
Quæ reſtant nullis obnoxia tempora metis,

Dum ſtabūt terræ, dum polus aſtra feret,
Illud te reparat quod cætera regna reſoluit,
Ordo renaſcendi eſt, creſcere poſſe malis.
Ergo age ſacrilegæ tandem cadat hoſtia gentis,
Submitant trepidi perfida colla Getæ.
Ditia pacatæ dent uectigalia terræ,
Impleat auguſtos barbara præda ſinus.
Aeternum tibi renus aret, tibi nilus inundet,
Altricemq; ſuam fertilis orbis alat.
Quin & fœcundas tibi cōferat Africa meſſes,
Sole ſuo diues, ſed magis Imbre tuo.
Interea latiis conſurgant horrea ſulſis,
Pinguiaq; heſperio nectare præla fluant.
Ipſe triumphali redimus arundine Tybris
Romuleis famulas oſſibus aptet aquas.
Atq; opulenta tibi placidis commertia ripis:
Deuehat hinc ruris, ſubueat inde maris
Pande præcor gemino placatum Caſtore pontū
Temperet æquoream Dux cytherea uiam.
Si non diſplicui regerem cui iura quirini,
Si colui ſanctos, Conſuluiq; patres.
Nā quod nulla meum ſtrinxerunt crimina ferrū,
Non ſit præfecti gloria/ſed populi.
Siue datur patriis uitam componere terris,
Siue oculis unquam reſtituere meis.
Fortunatus agam, uotoq; beatior omni
Semper digneris ſi meminiſſe mei.
His dictis iter arripimus, comitantur amici,
Non poſſum ſicca dicere luce uale.

Iamq; aliis Romam redeuntibus heret eunti
Rufius Albini gloria uiua patris.
Qui uoluſi antiquo deriuat ſtemmate nomen.
Et reges Rutulos teſte Marone refert.
Huius facundæ commiſſa palatia linguæ:
Primæuus meruit principis ore loqui.
Rexerat ante puer populos pro conſule pœnos
Aequalis tyriis terror, amorq; fuit.
Sedula promiſit ſummos imitatio faces,
Si fas eſt meritis fidere, conſul erit.
Inuitum triſtis tandem remeare coegi,
Corpore diuiſo mens tamen una fuit.
Tũ demũ ad naues gradior, qua fronte bicorni
Diuiduus Tyberis dexteriora ſecat.
Leuus in acceſſis fluuius uitatur harenis,
Hoſpitis æneæ gloria ſola manet,
Et iam nocturnis ſpatium laxauerat horis
Phœbus chelarum pallidiore polo.
Cunctamur tentare ſolum, portuq; ſedemus,
Nec piget oppoſitis, ocia ferre moris.
Occidua in fido dum ſæuit gurgite Plias,
Dumq; procelloſi temporis ira cadit.
Reſpectare iuuat uicinam ſæpius urbem,
Et montes uiſu deficiente ſequi.
Quaq; duces oculi grata regione fruuntur,
Dum ſe quod cupiunt cernere poſſe putant,
Nec locus ille mihi cognoſcitur indice fumo
Qui dominas arces & caput orbis habet.
Quamq̃ ſigna leuis fumi cõmendat Homerus,

Directo quoties ſurgit in aſtra ſolo.
Sed cœli plaga candidior, tractuſq; ſerenus
Signat ſeptenis culmina clara iugis.
Illic perpetui ſoles, atq; ipſe uidetur
Quem ſibi Roma facit, purior eſſe dies.
Sæpius attonitæ reſonant Circenſibus aures,
Nunciat accenſus plena theatra fauor.
Pulſato notæ redduntur ad æthera uoces
Vel quia perueniunt, uel quia fingit amor.
Explorata quies pelagi terquinq; diebus
Dum melior lunæ fideret aura nouæ
Tum diſceſſurus ſtudiis, urbiq; remitto
Palladiam generis ſpemq; decuſq; mei,
Facundus iuuenis, gallorum nuper ab aruis
Miſſus Romani diſcere iura fori,
Ille meæ ſecum dulciſſima uincula cunnæ
Filius affectu ſtirpe propinquus habet.
Cuius aremoricas pater Exuperantius oras.
Nunc poſtliminium pacis amore docet.
Leges reſtituit, libertatemq; reducit,
Et ſeruos famulis non ſinit eſſe ſuis.
Soluimus auroræ dubio quo tempore primum
Agnoſci patitur redditus arua color.
Progredimur paruis per littora proxima cymbis
Quarum perfugio crebra pateret humus.
Aeſtiuos penetrent oneraria carbaſa fluctus
Tutior Autumnus nobilitate fugæ.
Alſia prælegitur tellus, Pyrrhiq; recedunt
Nunc uillæ grandes oppida parua prius.

Iam Ceretanos demonſtrat nauita fines
Aeuo depoſuit nomen Agylla uetus.
Stringimus & fluctu & tempore caſtrum.
Index ſemiruti porta uetuſta loci.
Præſidet exigui formatus imagine ſaxi,
Qui paſtorali nomina fronte gerit.
Multa licet priſcum nomen deleuerit ætas,
Hoc Inui caſtrum/fama fuiſſe putat.
Seu Pan Tyrrhenis mutauit mænalia ſiluis.
Siue ſinus patrios incola faunus init
Dum renouat largo mortalia ſemina fœtu,
Fingitur in uenerem pronior eſſe deus.
Ad centumcellas forti deflreximus hauſtro,
Tranquilla puppes in ſtatione ſedent.
Molibus æquoreum concluditur amphiteatrum
Anguſtoſq; aditus inſula facta tegit.
Attollit geminas turres bifidoq; meatu
Faucibus arctatis pandit utrumq; latus.
Nec poſuiſſe ſatis laxo naualia portu,
Ne uaga uel tutas uentilet aura rates,
Interior medias ſinus inuitatus in ædes
Inſtabilem fixis aera neſcit aquis,
Qualis in euboicis captiua natalibus unda/
Suſtinet alterno brachia lenta ſono.
Noſſe iuuat Tauri dictas de nomine thermas,
Nec mora difficilis milibus ire tribus.
Non illic guſtu laties uiciantur amaro,
Lymphaq; fumifico ſulphura tincta calet.
Purus odor, molliſq; ſapor dubitare labantem

Cogit qua melius parte petantur aquæ
Credere ſi dignum famæ, flagrantia taurus
Inueſtigato fonte lauacra credit.
Vt ſolet excuſsis pugnam præludere glebis
Stipite cum rigido cornua prona terit.
Siue deus faciem mentitus & ora iuuenci
Noluit ardentis dona latere ſoli.
Qualis Agenorei rapturus gaudia furti,
Per freta uirgineum ſollicitauit onus.
Ardua non ſolos deceant miracula Graios
Auctorem pecudem fons Heliconis habet.
Elicitas ſimili credamus origine nymphas,
Muſarum latices ungula fodit equi.
Hæc quoq; pieriis ſpiracula comparat antris:
Carmine Meſsalæ nobilitatus ager.
Intrantemq; capit, diſcedentemq; moratur,
Poſtibus affixum dulce poema ſacris.
Hic eſt qui primo ſeriem de conſule ducit,
Vſq; ad publicolas ſi redeamus auos.
Hic & præfecti nutu prætoria rexit,
Sed menti & linguæ gloria maior ineſt.
Hic docuit qualem poſcat facundia ſedem,
Vt bonus eſſe uelit quiſq; diſertus erit.
Roſida puniceo fulſere crepuſcula cœlo,
Pandimus obliquo linthea flexa ſinu.
Pauliſper littus fugimus Munione uadoſum
Suſpecto trepidant hoſtia parua ſolo.
Inde grauiſcarum faſtigia rara uidemus
Quas præmit æſtiue ſæpe paludis odor.

Sed nemoroſa uiret denſis uicinia lucis,
Pineaq; extremis fluctuat umbra fretis.
Cernimus antiquas nullo cuſtode ruinas,
Et deſolatæ mœnia fœda Coſæ.
Ridiculam cladis putet inter ſeria cauſam,
Promere, ſed riſum diſſimulare piget.
Dicuntur ciues quondam migrare coacti
Muribus infeſtos deſeruiſſe lares.
Credere maluerim pygmeæ damna cohortis
Et coniuratas in ſua bella grues.
Haud ꝑcul hinc petit᷑ ſignatus ab hercule portus
Vergentem ſequitur mollior aura diem
Inter caſtrorum ueſtigia ſermo retexit,
Sardoam lepido præcipitante fugam.
Littore nanque Coſæ cognatos depulit hoſtes,
Virtutem Catuli Roma ſecuta ducis.
Ille tamen lepidus peior ciuilibus armis,
Qui geſſit ſociis impia bella tribus.
Qui libertatem mutinenſi Marte receptam
Obruit auxiliis urbe fauente nouis.
Inſidias paci moliri tertius auſus,
Triſtibus excepit congrua fata reis.
Quartus Cæſareo dum uult irrepere regno
Inceſti pœnam ſoluit adulterii,
Nunc quoq; ſed melius de noſtris fama queretur
Iudex poſteritas ſemina dira notet.
Nominibus certos credam decurrere mores.
Moribus an potius nomina certa dari?
Quicquid id eſt mirus latiis annalibus ordo,

Quod lepidum toties reccidit enſe malum.
Necdum deceſſis pelago permittitur umbris
Natus uicino uortice uentus adeſt.
Tenditur in medias mons argentarius undas,
Ancipitiq; iugo cærula curua præmit,
Tranſuerſos colles biſternis milibus artat,
Circuitu ponti ter duodena patet.
Qualis per geminos fluctus Ephyreius iſtmos
Ionias bimari littore findit aquas.
Vix circumuehimur ſparſæ diſpendia rupis/
Nec ſinuoſa graui cura labore caret.
Mutantur toties uario ſpiramina flexu:
Quæ non profuerant uela repente nocent.
Eminus igilii ſiluoſa cacumina miror.
Quam fraudare nephas laudis honore ſuæ.
Hæc proprios nuper tutata eſt inſula ſaltus,
Siue loci ingenio, ſeu domini genio.
Gurgite cũ modico uictricibus obſtitit armis,
Tanquam longinquo diſſociata mari.
Hæc multos lacera ſuſcepit ab urbe fugatos
Hic feſſis poſito certa timore ſalus.
Plurima terreno populauerat æquora bello
Contra naturam claſſe timendus eques.
Vnum mira fides uario diſcrimine portum
Tam prope Romanis/tam procul eſſe getis.
Tangimus Vmbronẽ/non eſt ignobile flumen,
Quod tuto trepidas excipit ore rates.
Tam facilis pronis ſemper patet alueus undis,
In pontum quoties ſæua procella ruit.

Hic ego tranquillæ uolui ſuccedere ripæ
Sed nautas auidas longius ire, ſequor.
Sic feſtinantem, uentuſq; dieſq; reliquit,
Nec proferre pedem/nec reuocare licet.
Littorea noctis requiem metamur arena,
Dat ueſpertinos myrthea ſilua focos.
Paruula ſubiectis facimus tentoria remis
Tranſuerſus ſubito culmine contus erat.
Lux aderat, tonſis progreſſi ſtare uidemur,
Sed curſum proræ terra relicta probat.
Occurrit chalybum memorabilis Ilua metallis
Qua nihil uberius norica gleba tulit.
Non biturix largo potior ſtrictura camino,
Necq; ſardonio ceſpite maſſe fluit.
Plus confert populis ferri fœcunda creatrix:
Quam Tarteſſiaci glaria fulua Tagi.
Materies uiciis aurum lætale parandis.
Auri cæcus amor ducit in omne nefas.
Aurea legitimas expugnant munera tædas,
Virgineoſq; ſinus aureus imber emit,
Auro uicta fides munitas decipit urbes,
Auri flagitiis ambitus ipſe furit.
At contra fero ſqualentia rura coluntur,
Ferro uiuendi prima reperta uia eſt.
Secula ſemideum ferrati neſcia Martis
Ferro crudeles ſuſtinuere feras.
Humanis manibus non ſufficit uſus inermis,
Si non ſint aliæ ferrea tela manus.
His mecum pigri ſanabar tedia uenti

Dum reſonat uariis uile celeuma modis.
Laſſatum cohibet uicina Faleria curſum
Quanq̃ uix mediũ Phœbus haberet iter.
Et tum forte ilares per cõpita ruſtica fagi
Mulcebant ſacris pectora feſſa iocis.
Illo quippe die tandem renouatus Oſyris
Excitat in fruges germina læta nouas,
Egreſſi uillam petimuſq; lutoq; uagamur,
Stagna placent ſepto delitioſa uado.
Ludere laſciuos inter uiuaria piſces,
Gurgitis incluſi laxior unda ſinit,
Sed male penſauit requiem ſtationis amœnæ,
Hoſpite conductor durior Antiphate.
Namq; loci querulus curam iudeus agebat:
Humanis animal diſſociale cibis.
Vexatos fructices, pulſatas imputat algas,
Damnaq; libatæ grandia clamat aquæ
Reddimus oſcenæ conuicia debita genti,
Quæ genitale caput propudioſa metit
Radix ſtultitiæ cui frigida ſabbata cordi.
Sed cor frigidius relligione ſua eſt.
Septima quæq; dies turpi damnata ueterno
Tanquam laſſati mollis imago dei.
Cætera mendacis deliramenta cataſtæ
Nec pueros omnes credere poſſe reor.
Atq; utinam nunquã iudea ſubacta fuiſſet/
Pompeii bellis imperioq; Titi.
Latius exciſæ peſtis contagia ſerpunt,
Victoreſq; ſuos natio uicta premit.

Aduerſus ſurgit boreas, ſed nos quoq; remis
Surgere certamus cum tegit aſtra dies.
Proxima ſecurum reſerat populonia littus
Qua naturalem ducit in arua ſinum
Non illic poſitas extollit in æthera moles
Lumine nocturno conſpicienda Pharos,
Sed ſpeculum ualide rupis ſortita uetuſtas
Qua fluctus domitos arduus urget apex.
Caſtellum geminos hominum fraudauit in uſus
Præſidium terris indiciumq; fretis.
Agnoſci nequæunt æui monimenta prioris:
Grandia conſumpſit mœnia tempus edax.
Sola manent interceptis ueſtigia muris,
Ruderibus latis tecta ſepulta iacent.
Non indignemur mortalia corpora ſolui,
Cernimus exemplis oppida poſſe mori.
Lætior hic noſtras crebreſcit fama per aures
Conſilium Romam pene redire fuit.
Hic præfecturam ſacre cognoſcimus urbis
Delatam meritis dulcis amice tuis.
Optarem uerum complecti carmine nomen,
Sed quoſdam refugit regula dura pedes,
Cognomen uerſu Veneris cariſſime Rufi,
Illo te dudum pagina noſtra canit.
Feſta dies, pridemq; meos dignata penates,
Poſte coronato uota ſecunda colat.
Exornent uirides communia gaudia rami,
Prouecta eſt animæ portio magna meæ.
Sic mihi, ſic potius placeat geminata poteſtas,

Per quem malueram rurſus honore fruar.
Currere curamus uelit aquilone reuerſo.
Cum primum roſeo fulſit eous equo.
Incipit obſcuros oſtendere Coſica montes,
Nubiferumq; caput concolor umbra leuat.
Sic dubitanda ſolet gracili uaneſcere cornu,
Defeſſiſq; oculis luna reperta latet.
Hæc ponti breuitas auxit mendacia famæ,
Armentale ferunt quippe nataſſe pecus.
Tẽpore Cyrnæas quo primum uenit in oras,
Forte ſecuta uagum fæmina Corſa bouem.
Proceſſu pelagi iam ſe capraria tollit.
Squallet lucifugis inſula plena uiris.
Ipſi ſe monacos graio cognomine dicunt,
Quod ſoli nullo uiuere teſte uolunt.
Munera fortunæ metuunt, dũ damna uerentur:
Quiſquam ſpõte miſer, ne miſer eſſe queat
Quæ nam peruerſi rabies tam ſtulta cerebri?
Dũ mala formides, nec bona poſſe pati.
Siue ſuas repetunt ex fato ergaſtula pœnas,
Triſtia ſeu nigro uiſcera felle tument.
Sic nimiæ bilis morbum aſſignauit Homerus.
Bellerophonthæis ſollicitudinibus.
Nam iuueni offenſo ſæui poſt tela doloris
Dicitur humanum diſplicuiſſe genus.
In Volaterranum uero uada nomine tractum,
Ingreſſus dubii tramitis alta lego.
Deſpectat proræ cuſtos, clauumq; ſequentem,
Dirigit, & puppim uoce monẽte regit.

Incertus gemina diſcriminat arbore fauces,
Defixaſq; offert limes uterq; ſudes.
Illis proceras mos eſt adnectere lauros
Conſpicuas ramis & fruticante coma,
Vt præbente algam denſi ſymplegade limi
Seruet inoffenſas ſemita clara notas:
Illic me rapidus conſiſtere corus adegit
Qualis ſiluarum frangere luſtra ſolet:
Vix tuti domibus ſæuos tolerauimus Imbres
Albini patuit proxima villa mei.
Nanq; meus quem Roma meo ſubiunxit honori,
Per quem iura meæ continuata togæ
Non expectatos penſauit laudibus annos,
Vitæ flore puer ſed grauitate ſenex.
Mutua germanos iunxit reuerentia mores,
Et fauor alternis creuit amicitiis.
Pretulit ille meas cum vincere poſſet habenas,
Prædeceſſoris maior amore fuit.
Subiectas villæ vacat aſpectare ſalinas.
Nanq; hoc cenſetur nomine ſalſa palus:
Qua mare terrenis decliue canalibus intrat,
Multifidoſq; lacus paruula foſſa rigat.
Aſt vbi flagrantes admouit Sirius ignes
Cum pallent herbe, cum ſitit omnis ager:
Cum cataractarum clauſtris excluditur æquor,
Vt fixos latices horrida duret humus.
Concipiunt acrem natiua coagula Phœbum,
Et grauis æſtiuo cruſta calore coit.
Haud aliter q̄ cum glacie riget horridus Iſter,

Grandiaq; adſtricto flumine plauſtra uehit.
Rimetur ſolitas natura expendere cauſas,
Inq; pari diſpar fomite quærat opus.
Iuncta fluenta gelu conſpecto ſole liqueſcunt,
Et rurſus liquidæ ſole gelantur aquæ.
O quam ſæpe malis generatur origo bonorum,
Tempeſtas dulcem fecit amara moram.
Victorinus enim noſtræ pars maxima mentis,
Congreſſu expleuit mutua uota ſuo.
Errantem Tuſcis conſidere compulit agris,
Excollere externos capta Toloſa lares,
Nec tantum duris nituit ſapientia rebus,
Pectora non alio proſperiora tulit.
Conſulis Oceanus uirtutum, conſcia Thule,
Et quicunq; ferox arua Britanus arat.
Qua præfectorum uicibus frenata poteſtas,
perpetuum magni fœnus amoris habet.
Extremum pars illa quidem diſceſſit in orbem,
Sed tanq̃ medio rector in orbe fuit.
Plus palmæ eſt illos inter uoluiſſe placere
Inter quos minor eſt diſplicuiſſe pudor.
Illuſtris nuper ſacræ comes additus aulæ,
Contempſit ſummos ruris amore gradus.
Hunc ego complexus uentorum aduerſa fefelli,
Dum uideor patriæ iam mihi parte frui.
Lutea protulerat ſudos aurora iugales,
Antennas tendi littoris unda iubet.
Inconcuſſa uehit tranquillus apluſtria flatus,
Mollia ſecuro uela rudente tremunt.

Aſſurgit ponti medio circunflua Gorgon,
Inter Piſanum, Cyrnaicumq; latus.
Aduerſus ſcopulos damni monimenta recentis,
Perditus hic uiuo funere ciuis erat.
Noſter enim nuper iuuenis maioribus amplis,
Nec cenſu inferior, coniugioue minor.
Impulſus furiis homines, diuoſq; reliquit,
Et turpem latebram credulus exul agit.
Infelix putat illuuie cœleſtia paſci,
Seq; premit læſis ſæuior ipſe deis.
Num rogo deterior Circæis ſecta uenenis?
Tunc mutabantur corpora: nunc animi.
Inde trituritam petimus, ſic uilla uocatur,
Q uæ latet expulſis inſula pene fretis.
Namq; manu iunctis procedit in æquora ſaxis,
Q uiq; domum poſuit, condidit ante ſolum.
Contiguum ſtupui portum, quem fama frequentat,
Piſarum emporio, diuitiiſq; maris.
Mira loci facies pelago pulſatur aperto,
Inq; omnes uentos littora nuda patent.
Nonnullus regitur per brachia tuta receſſus,
Aeolias poſſint qui prohibere minas.
Sed procera ſuo prætexitur alga profundo,
Moliter offenſæ non nocitura rati.
Et tamen inſanas cedendo interrigat undas,
Nec ſinit ex alto grande uolumen agi.
Tempora nauigii clarus reparauerat Eurus.
Sed mihi Protadium uiſere cura fuit.
Q uem qui forte uelit certis cognoſcere ſignis,

Virtutis ſpeciem corde uidente petat
Nec magis efficiet ſimilem pictura colorem
Quam quæ de meritis miſta figura uenit.
Aſpicienda procul certo prudentia uultu,
Formaqꝫ iuſticiæ ſuſpicienda micat.
Sit fortaſſe minus ſi laudet Gallia ciuem,
Teſtis Roma ſui præſulis eſſe poteſt.
Subſtituit patriis mediocres Vmbria ſedes,
Virtus fortunam fecit utraqꝫ parem,
Mens inuicta uiri pro magnis parua tuetur,
Pro paruis animo magna fuere ſuo.
Exiguus regum rectores ceſpes habebat,
Et cincinatos iugera pauca dabant.
Hæc etiam nobis non inferiora feruntur,
Vomere Serrani, Fabriciiqꝫ foco.
Puppibus ergo meis fida in ſtatione locatis,
Ipſe uehor Piſas qua ſolet ire pedes.
Prebet equos, offert etiam carpenta tribunus,
Ex commilitio carus & ipſe mihi.
Officiis regerem cum regia tecta magiſter,
Armigeraſqꝫ Pii principis excubias.
Alphæ ueterem contemplor originis urbem,
Quam cingunt geminis Arnus & Auſur aquis.
Conum Pyramidis cœuntia flumina ducunt,
Intratur modico frons patefacta ſolo.
Sed proprium retinet communi in gurgite nomen.
Et pontum ſolus ſcilicet Arnus adit.
Ante diu q̃ troiugenas fortuna penates,
Laurentinorum regibus inſereret.

Elide deductas ſuſcepit Etruria Piſas,
Nominis indicio teſtificata genus.
Namq; pater quondam tyrrhenis præfuit aruis,
Faſcibus & ſenis credita iura dedit.
Narrabat memini multos emenſus honores,
Tuſcorum regimen plus placuiſſe ſibi.
Nam neq; opum curam q̄uis ſit magna ſacrarum,
Nec ius quæ ſturæ grata fuiſſe magis.
Ipſam ſi fas eſt poſtponere præfecturam,
Pronior in Tuſcos non dubitabat amor.
Nec fallebatur tam carus & ipſe probatis,
Aeternas grates mutua cura canit.
Conſtantemq; ſibi pariter, mitemq; fuiſſe,
Inſinuant natis qui meminere ſenes.
Ipſum me gradibus non degeneraſſe parentis,
Gaudent & duplici ſedulitate fouent.
Hæc eadem cum Flamminiæ regionibus item,
Splendoris patrii ſæpe reperta fides.
Famam Lachanii ueneratur nominis inſtar,
Inter Turrigenas Lydia tota ſuos.
Grata bonis priſcos retinet prouintia mores,
Dignaq; rectores ſemper habere bonos,
Qualis nunc Decius Lucilli nobile pignus,
Per Corythi populos arua beata regit.
Nec mirum magni ſi redditus indole nati,
Felix tam ſimili poſteritate pater.
Huius uulnificis ſatyra ludente camœnis,
Nec Turnus patior, nec Iuuenalis erit.
Inſtituit ueterem cenſoria lima pudorem,

Dumq; malos carpit præcipit eſſe bonos.
Non olim ſacri iuſtiſſimus arbiter auri.
Circonſiſtentes reppulit, Harpyias.
Harpyias quarum decerpitur ungibus orbis,
Quæ pede glutineo quod tetigere trahunt.
Quæ luſcum faciunt Argum, quæ lyncea cæcum,
Inter cuſtodes publica furta uolant.
Sed non Lucillum Briareia præda fefellit,
Totq; ſimul manibus reſtitit una manus.
amq; Trituritam Piſæa ex urbe reuerſus,
Aptabam nitido pendula uela noto.
Cum ſubitis tectus nimbis inſorduit æther,
Sparſerunt radios nubila rupta uagos.
Subſtitimus. Quis enim ſub tempeſtate maligna,
Inſaniturís audeat ire fretis?
Otia uicinis terimus naualia ſiluis,
Sectandiſq; iuuat membra mouere feris.
Inſtrumenta parat uenandi uillicus'hoſpes,
Atq; olidum doctas noſſe cubile canes.
Funditur inſidiis: & rara fraude plagarum,
Terribiliſq; cadit fulmine dentis aper.
Quam meleagræi uereantur adire lacerti,
Qui laxet nodos Amphitryoniadæ.
Tum reſponſuros perſultat bucina colles,
Fit q; reportanda carmine præda leuis.
Interea madidis non deſinit Africus alis,
Continuos picea nube negare dies.
Iam matutinis Hyades occaſibus Vdæ
Iam latet hyberno conditus hymbre lepus.

Exiguum radiis ſed magnis fluctibus aſtrum
Quo madidam nullus nauita linquit humum.
Namq; proceloſo ſubiungitur Oarioni
Aeſtiferumq; canem roſcida præda fugit.
Vidimus excitis pontum flaueſcere arenis
Atq; eructaro uortice rura tegi.
Qualiter oceanus mediis infunditur agris,
Deſtituenda uago cum premit arua ſalo.
Siue alio refluus noſtro collidirur orbe,
Siue coruſaa ſuis ſidera paſcit aquis.

Finis itinerarii primi.

RVTILII CLAVDII NVMATIANI DE RE/DITV SVO, ITINERARII LIBER SECVNDVS.

Ondū lōgus erat, nec multa uolumina paſſus,
Iure ſuo poterat longior eſſe liber.
Tædia continuo timuit ceſſura labori,
Sumere ne lector iuge paueret opus.
Sæpe cibis affert ſerus faſtidia finis,
Gratior eſt modieis hauſtibus unda ſiti.
Interualla uiæ feſſis præſtare uidetur,
Qui notat inſcriptus milia crebra lapis.
Partimur trepidum per opuſcula bina ruborem,
Quem ſatius fuerat ſuſtinuiſſe ſemel.
Tandem nimboſa maris obſidione ſolutis,
Piſano portu contigit alta ſequi.
Adridet placidum radiis criſpantibus æquor,
Et ſulcata leui murmurat unda ſono.

Incipiunt Appenini deuexa uideri,
  Qua fremit aerio monte repulſa thetis.
Italiam rerum dominam qui cingere uiſu,
  Et totam pariter cernere mente uelit.
Inueniet quernæ ſimilem procedere frondi,
  Artatam laterum conueniente ſinu.
Milia per longum decies centena teruntur,
  A ligurum terris ad freta Sicaniæ.
In latum uariis damnoſa anfractibus intrat,
  Tyrrheni rabies, Adriaciqꝫ ſalis.
Qua tamen eſt iuncti maris anguſtiſſima tellus,
  Triginta & centum milia ſola patet:
Diuerſas medius mons obliquatur in undas,
  Qua fert atqꝫ refert Phœbus uterqꝫ diem.
Vrget Dalmaticos eoo uertice fluctus,
  Cærulaqꝫ occiduis frangit Etruſca iugis.
Si factum certa mundum ratione fatemur,
  Cõſiliumqꝫ dei machina tanta fuit.
Excubiis latiis prætexuit Appeninum,
  Clauſtraqꝫ montanis uix adeunda uiis.
Inuidiam timuit natura, parumqꝫ putauit,
  Arctois alpes oppoſuiſſe minis
Sicut uallauit multis uitalia membris,
  Nec ſemel incluſit quæ pretioſa tulit,
Iam tum multiplici meruit munimine cingi,
  Solicitoſqꝫ habuit Roma futura deos.
Quo magis eſt facinus diri Stiliconis acerbum,
  Proditor arcani quod fuit imperii.
Romano generi dum nititur eſſe ſuperſtes,

Crudelis ſummis miſcuit ima furor.
Dumq; timet quidquid ſe fecerat ipſe timeri,
Immiſit latiæ barbara tela neci.
Viſceribus nudis armatum condidit hoſtem,
Illatæ cladis liberiore dolo.
Ipſa ſatellitibus pellitis Roma patebat,
Et captiua prius quam caperetur/erat.
Nec tantum Geticis craſſatus proditor arm s,
Ante ſibyllinæ fata cremauit opis.
Odimus Althæam conſumpti funere torris,
Niſæum crinem flere putantur aues.
At Stilico æterni fatalia pignora regni,
Et plenas uoluit præcipitare colos.
Omnia tartarei ceſſent tormenta Neronis,
Conſumat ſtygias triſtior umbra faces.
Hic immortalem, mortalem perculit ille,
Hic mundi matrem perculit, ille ſuam,
Sed diuerticulo fuimus fortaſſe loquaces,
Carmine propoſito iam repetamus iter.
Aduehimur celeri candentia mœnia lapſu,
Nominis eſt auctor ſole coruſca ſoror.
Indigenis ſuperat ridentia lilia ſaxis,
Et læui radiat picta nitore ſilex.
Diues marmoribus telus, quæ luce coloris,
Prouocat intactas luxurioſa niues.

FINIS.

LAVRENTII VALLATI CARMEN DE NATALI PATRIAE SVAE.

POſtquã fata uolũt, Neptũnia pergama laxat.
Ignis edax: ruit a culmine Troia potens.
Dux Anchiſiadæ latias appellit ad oras,
    Paſſus aquis/terris/ignibus/arma famem.
Heu quantũ (ſic ſeua trahit Iuno) obſtitit illi,
    Turnus, habet cauſas barbara regna pati.
Hic ſibi prima quies, atq; ultima meta laborum,
    Deficit Aeneas, naſcitur alba potens.
Omen ab euentu tractum, ſue nomen ab alba,
    Conditor aſcanius: Albaq; longa fuit.
Aſpice quo fato commota eſt græcia: Troia eſt,
    Diruta: ut ex alba Roma ſuperba fores.
Sus tibi principium, rapidis lupa pauit in undis,
    Inſatiabilibus omina capta feris.
Dextra tua ad zephyros Auſtros porrecta ſub euros,
    Ad boream/ad cœlum/ad tartara/ad elyſios.
Albula ſeruauit. gentem dedit alba ſuperbam,
    I/bona nunc albis fata repone fabis.
Succeſſere noui troiana lege tyranni,
    Dardane ab iliaco ſanguine ſceptra cape.
Interea regnante alba naſcuntur eodem,
    Semine germani de patre Rege Proca.
Maior erat Numitor: minor alter Amulius annis,
    Aſt ubi uis animi non ualuere dies.
Mors regem æquæuum maturo lumine ſoluit,
    Vulgãtur tabulæ/Regnum ad utrumq; datur.

Fœdera regnandi/maturior incipe in annum,
In regnum Numitor mittitur unde prior.
Non placet hoc fratri, tacitaq; exeſtuat ira,
Et tempeſtiuos miſcet in urbe dolos.
Nec ſatis una fuit hæredibus alba duobus,
Quorum uni totus uix ſatis orbis erat.
Voluitur annus: adeſt tempus iam ſceptra tenendi,
A ſolio maior cedit/initq; minor.
Auſpice firmato declinat in arma: minantis,
Cauit ab imperio frater: & arma timet.
Ille opibus captum & regno/ſubmittit habenis,
Et leges populum ſancit habere nouas.
Componit titulum/ſceptrumq; aquirit habendo,
Longum rex: uno qui fuit orbe fuit.
Spes una ancipitem uexat per inania mentem,
Ne patris ultores Rhea aliquando daret.
Vel partu/uel connubio ne partibus Albam,
Diuideret: fore ſi nuberet illa uiro.
Sic agit incautus miſeram: mortemq; minatur,
Sed quid habet ſceleris uirgo puella cauet.
Et quamuis rabies nulla tractabilis arte,
Blanda tamen potuit uertere nata patrem.
Tota erat hec illi proles ſpes magna nepotum,
Pro pietate audax filia: cara ſoror.
A/pater hoc nimium: noſtros ſæuire per artus,
Deſine: in imbelles deſinit ira Ducum.
Sciue tue nepti/ſeu noſtre parce ſorori,
Aut ſoror/aut neptis ſanguis uterq; tuus.
Mollitur paulo, & uerbis lenteſcit amicis,

Nec patitur tantas ira cruenta moras.
Veſtalem legit cui ſemper uiuere lucem,
Curæ eſt: perpetuæ uirginitatis opus.
Digna pudicitia eſt Veſtæ quoq; digna ſacerdos,
Quæ niſi de lecto ſemine nulla datur.
Amorte immerita regis ſeruauit honorem,
Si regale decus a pietate fuit.
Tunc Romana dies/gētiſq; exordia noſtræ,
Primaq; de fauſtis omina capta ſacris.
Quid fortuna facit? non multis illa diebus,
Intumuit: fœto corpore furta patent.
Facti/fama uolat: præſenſit Amulius ardens,
Incertum tamen eſt quando/quis/unde fuit.
Et ſtupet/& gaudet: cogitq; in carcere cæco,
Nulla ſalus miſeræ: nulla duci pietas.
Factum alii ſtudio regis pro uindice iuſto,
Creditur a uulgo ſuccubuiſſe Deo.
Fabula mille modis: Martem dixere priores,
Eſſe deum: Quem nos dicimus eſſe patrem,
Credite Romani nullo ſub iudice lis eſt,
Armis & ſpoliis monſtrat onuſta manus.
O quantū Venerē ſteterat ſuccumbere Marti,
Victorem/generis quem daret ipſa ſui.
Interea triſtes molitur Syluia fletus,
Et Materat longo candida membra ſitu.
Lucem/expectando qua/triſtia fata morantur,
Cum dederit partus adueniente nouos.
Vſq; annoſa data eſt longiſſima meta dierum,
Viuat ut infelix dum magis apta mori.

Mille ſibi tenebræ mille impia fama timores,
Mille quoqꝫ attonitæ ſomnia uiſa ferunt
Culmine præcipiti ramos ad ſydera niti,
Vidit enim; partu ſemina miſſa ſuo.
Sumere ſpem neſcit, premit altum corde dolorem,
Cuncta timens mentis conſcia furta ſuæ.
Sic iam fata uolunt lateri dolet ilia circum,
Laxantur miſeræ uiſcera, laſſa cadit.
Labuntur fluido pariter de uentre gemelli,
Vnus homo/unus erat Romulus/ atqꝫ Deus.
Nudi ad uagitus abiecti. E paupere terra,
Vix mater trepido ſola ſinu recipit.
Cogit amor/reicitqꝫ dolor/uel inutile clamat,
Hæc preſaga meæ gaudia mortis erunt.
Non pater accurrit miſeræ qui uota precetur,
Non que ſubſtineat uerſa miniſtra caput.
Non uidet attonita gaudentes agmine ciues,
Ire domo:& latii currere in arua uiros.
Durus ab externa præſenſit ianitor aula,
Qui ſiccis oculis excubat ante fores.
Et dubiis pendet, calybeaqꝫ uincula poſte,
Laxat:& ex una tres uidet eſſe animas.
Clamat io paſſim, geminos dedit ilia partus,
Obſtupuit populus/obſtupuitqꝫ domus.
Prouolat ad regem:ſerpitqꝫ per atria rumor,
Rex male flammato pectore uerſat opus.
Inuiſos oculis damnat ſine iudice fratres,
Ne pietas animum ne ue moretur amor.
Exequitur mandata celer cum principis ira,

Et procul/a regni ſtipite uertit iter.
Ibat arenoſus qui iam fuit albula thybris,
Arx & pallantis qua ſtetit ante domus.
A/uelis locus eſt:paruis quia nauibus ibant,
Per uada:tarpeius quæ facit atq; forum.
Sed tempeſtiue fatalibus horruit undis,
Clauſerat & pleno littora ſumma ſinu.
Seu timet ille procul rapidis afluctibus ire,
Seu miſeret/lentis corpora mandat aquis.
O ſiquæ rapidas quatiunt thyberinides undas,
Parcite:ſeruantur Romulus atq; Remus.
Qui ſceptrum proauo reddant:qui lumina cælo,
Perficiant:terris prælia/ſacra dies.
Surgit in alluuie ficus radicibus altis,
Ficus erat.nondum Rumula ficus erat.
Frondibus hæc latis/curuataq; arbore/noctu,
Rore cadente/die ſole calente tegit.
Senſit onus/mediiſq; fremens thyberinus in undis,
Hoc ait e noſtro ſanguine uenit onus.
Albula parce meo generi,fluctuſq; repreſſit,
Stat ſcyphus,& ſitiens littus arena facit.
Aut uidet/aut ſentit circum lupa montibus errans,
Vel properat rabidam ponere in amne ſitim.
Ecce ad uagitus trahitur ceu nuntia martis,
Admouet ut catulis ubera plena ſuis.
Ruma feræ mamma eſt,a ruma rumula ficus,
Et ſimul a ruma Romulus atq; Remus.
Seu lupa/ſeu picus noſtræ bona cauſa ſalutis,
Donec poturas paſtor adegit oues.

Vidit & obſtupuit: paruoſq; auertit ab undis,
    Fauſtulus: uxori munera læta ferens.
Fauſtule Romanæ ſeruator fauſte iuuentæ,
    Quas tibi dii laudes/quas tibi Roma memor:
Tu niſi non Brutus/Cæſar/non uſq; Camillus,
    Viueret. o tantis Fauſtule principium.
Tu niſi non alto ſtarēt Capitolia ſaxo,
    Barbara nec uictrix iſſet in arma manus.
Educat ingenuos mixtis paſtoribus Acca,
    Inſtigate boues/ducite aratra duces.
It latio regale nephas, iniuria fratris,
    Virginis inceſtum, partus & expoſitus.
Iſta notant geminos albano ſanguine ductos,
    Iſtaq; ſollicita fauſtulus arte cauet.
Sed iam tempus erat/quo ſe cæleſtia ſcirent,
    Numina/ut in regnum prouocet ira uetus.
Exercent animos & membra laboribus apta,
    Qualia uel reges/qualia paſtor agunt.
Occurſare feras/tauros ſubſtitere ſulcos,
    Vertere/uomeribus rumpere pingue ſolum.
Hic modus eſt: illum qui urbem proſcindat aratro,
    Ire diu ſtimulis commonuiſſe boues.
Vt iuuenes omni ſentit uirtute potentes,
    Nutritor: geminos ad pia uerba uocat.
Et proaui ſcelus: & miſerorum fata nepotum,
    Vt poſiti ad ripas fluminis eſca feris,
Et cum marte refert ſecreta inceſta parentis,
    Et regni caſus, & Numitoris aui.
Datq; fidem dictis. primis ſeruata ſub annis,

Hæc ſcaſa, uiuit adhuc ueſtraq; prima domus,
Lynter erat modica deductus terga carina,
Non aptus remis, ſed leuis aptus aquis:
Vincula de prora pendent, quibus aut ſtetit undis,
Ante uel ut memorem pēdeat ante caſam:
Dicta bibunt animis: & paſtoralia linquunt,
Ocia: ſic regni ſpem facit ita noui.
Et facilis fortuna fuit inferrea primum,
Cum multis capitur ad bona iura Remus:
Spes prædæ regale pecus, dubiumq; timoris,
Et noua diſſidiis furta parata ducum.
Regia iuſſa facit numitor: neſcitq; nepotem,
Arctat & in caros uincula ſeua pedes:
Plus potuit fraternus amor/q̃ ſeua uoluntas,
Iamque rex habuit ſceptra miniſter agit:
Quid facis? ex illis unus dabit improbe regnum,
Sceptraq; fraterna conciliata manu.
Poſtera lux oritur, damnatos ille repoſcit,
Torquet agit monitis arguit arte ducis.
Seruat in hoc uultus: infractaq; pectora martis,
Sentit in hoc albæ ſanguinis eſſe notam.
Poſtulat unde genus latio, nomenq;, patremq;,
Aeneas genus eſt mars pater ipſe remus.
Ipſe ſcit antiqua priami ſe prole nepotem,
Ardet non audet rumpere uerba timor.
Nec tantum auditæ fidit committere famæ,
Impar erat regi qui modo paſtor erat.
Apta minus tergo pellis, Rex induit oſtrū,
Reſpondent animus aptaq; membra ducis.

Rumpe moras igitur, uirtus non pallia regnant,
Illum in ſecretum conuocat alloquium.
Serua inquit (niſi nos auditis fallimur) unum
De geminis, auus es tu mihi/ Rhea parens.
Plura locuturus, primis intercidit ille
Vocibus, & collo ſubſtinet ipſe ſenem.
Vix ſtetit. agnoſco ueſtigia cara meorum
Inquit: aui ſpecies/ & genitoris habes:
Tum ueteres regni caſus: & multa reſoluũt,
Et tacita ulctores ire ſub arma parant.
Mittitur in campos qui nunciet arma futura,
Liber ut in regni fœdera frater eat.
Et tu non pateris deducta romule pube,
Regia fraternas uincula ferre manus.
Cogit ab armentis iuuenes: & in agmina ductos
Hortatur, regi uimq;, dolumq; paro.
Et fratrem, & ſocios repeto: Quis neſciat iras
Fratris pro fratre? pro ſocio ſocii?
Rumpamus noua bella, & in atria magna ruamus
Nunc ſciat albanas ferre bubulcus opes.
Itq;, reditq; frequens ignora nuncius arte
Donec decretã ſenſit adeſſe diem.
Romulus occultas ſpargit per mœnia fraudes:
Inq; urbem uariis greſſibus ire iubet.
Gramina dat ſigno: tollit uexilla maniplos,
Vnde maniplaris uſus in arma uenit.
Tum Remus urbanis, clam rumpit in atria turmis:
Inſidiiſq; fores, & premit arcis opem.
Prouenit a tergo iuuenum globus/ aptus aratro

Fulgura/non uiſus uulnera ferre manu.
Prælia miſcentur, tota fu it æde ſuperbus,
Regnator, circum fertur in inſidias.
Nec locus/aut tempus, nulla tractabilis arte,
Vita, graui iacuit uuluere truncus humi.
Rumor in arma uocat, confunditur urbe iuuentus,
Clamanti regem Rex datur, alter auus.
O felix Numitor quis regna elapſa tot annis
Cogitet, antiquo reſtituenda ſeni?
Ne deſponde animum, lapſu fortuna rotarum,
Mille uehit ſortes, uertit & hora uices.
Ipſa dat imperium tacite queſita ſub armis,
Inde noua uirtus auget in urbe fidem.
Vtraq; cum geminis regni ſpes tota periſſet,
Ni thyberis parcas abſtinuiſſet aquas.
Iam pudet æternum placata uiuere ſede,
Plenaq; uictores ire ſub antra boum.
Ad maiora cient animos, urbiſq; cupido,
Ponere ubi poſiti mænia prima tenet.
Summa palatini notat/& concludit aratro,
Romulus, unde ſui conſpicerentur agri.
Stant fora/ſtat lateri thybris/colleſq; benigni,
Apta ſalutifero mænia uiſa iugo.
Iſta parabantur hyrſutæ mænia romæ,
Axe/luto/& iunco mænia rara leui.
Quis te Roma potens neget a paſtoribus ortam?
Et dicat tenues non habitaſſe caſas?
Templa/uias/Turres/& ſummas diuidit arces,
Mille domos habuit Roma quadrata prior.

Auſpicio meliore datum q̄ romula primum,
Dicta, potes annis Roma ſuperba fuit.
Auſpicio meliore datum q̄ Romulus unus,
Sceptra gubernaret, cædere iſpe Remus.
Non patitur turbam, ſuſpectaqꝫ nomina fratris,
Cuius dardanium ſanguine tinxit opus.
Connubiumqꝫ rapit ne ſint ſine prole, facitqꝫ,
Quod natura negat conſilio, atqꝫ manu.
Conſilioqꝫ deum, ſceleriqꝫ indixit aſilum,
Inde per euentum templa deoſqꝫ dedit.
Paulatim alta ioui Capitolia dicta tonanti,
Tarpeiumqꝫ nemus (ruſtica prima fides.)
Siqua tamen ueri poſtq̄ umbra receſſit in auras,
Mira uidet fratris inuida fata Remus:
Romulus ad leges, alter ſacra/tertius arma,
Et ſacra, corrupit cætera turba modum:
Ventum & ad imperium, libertatemqꝫ uocauit,
Brutus, & obſcænos expulit urbe duces:
Sed non infrenes animoſa licentia patres,
Egit, habent ſedes ad bona iura nouas.
Conſul ubiqꝫ, tamen trepidis dictator in armis,
Inde tribunitia uenit acerba lues.
Tum magni heroes (ſpirantia pectora numen,)
Publica tum pietas creuit ad omne nephas:
Vincere finitimos/patriam ſeruare ſub omni
Euentu/& magnis regibus eſſe metus.
Quantum undis potuit, quantum mucrone parari,
Actum eſt. Quantū animo. dextera & ingenio.
Donec ad infernas patuerunt atria poſtes,

Clauſit enim forti Curtius ora manu
Quid non/o pietas/mentitaq; ſydera narrant?
Nam bene diuini Cæſaris aſtra micant,
(Vana fides) aditum maiora ad lumina cœlum
Seruat:eris paſtor/& deus alter eris.
Interea celeres opto uelocius aura
Ite Vacunales ad mea uota dies.

FINIS.

RAPHAEL MAPHEVS VOLATERRANVS DE ORIGINE VRBIS.

PHœbe potens fidibus paulũ phytonia bella
Oblitus: iaculiſq; feros miſcere Gigantes
Facundam mõ ſume chelyn: laurũq; uirẽtem
Sublimiq; meum deduc a uertice carmen
Belloro phontei qua fluxit uena caballi,
Nebride ſuccinctus noſtris modo bacche furentem
Pectoribus tyrſum celſæ de culmine Niſæ
Porrige: minoia crinem quoque flecte corona:
Ille parens urbis: cuius cunabula magnæ
Exigua, immenſum tribuerunt nomina genti,
Vt primum thuſci ſuperauit thybridis undis
Munere protectus diuum, curaq; bubulci
Ingentes patriis dotes uirtutibus auſit,
Nam decor eximius iuueni ualidiq; lacerti,
Martia frons inerat: tum humeris, & pectore toto,
Roboreq; æquales multum ſuperauerat omnes.
Byſtonias tali Mars preſſit corpore cunas,
Fortius haud colubris luſit Tyrintius infans
At poſtq̃ cœpit firmari uiribus, omnes
Vicinos terrere minis: belloq; colonos,
Excurſuq; breui raptam deducere prædam,
Stramineo puduit non illum membra grabato
Ponere feſſa ſuper, paruoſq; habitare penates,
Sæpe, palatinos ubi quondam tecta nitebant
Aurea delata protexit fronde iuuencos,
Illic & Driadum coreas duxere caetruæ

Pan quoque ſeptenis modulatus carmina cannis
Illo Menalio deduxit uertice nymphas
Finibus excedens patriis hic graia iuuentus
Conſtiuit, atq; artes pupulo monſtrauit Agreſti,
Cui phœbas nuribus dudum uenerata latinis
Tot cecinit caſus, fatiq; arcana reſoluit.
Huc adiit nemei ſuccinctus tegmine monſtri
Alcydes, uicti ducens armenta tyranni.
Vicinumq; iugum monſtro ſpoliauit auaro
Quem magnis etiam celebrauit honoribus auctũ
Poſteritas, Aramq; illi que maxima fertur.
Conſtituit, magnumq; tulit per ſecula templum.
Dux Achiſin ades phrigiis erepta ruinis
Huc tulit ingenti comitatus numina claſſe.
Cui rutulus diris certauit in agmine ſignis
Promiſſos repetens contempta morte Hymeneos.
Ergo Palatino ſignauit mœnia cliuo.
Romulus, atq; breui duxit munimine uallum.
Stringebat medio, tum cynthius orbe Leonem
Mars quoq; belligeræ comitatus acumine caudæ
Attollenſq; enſem lymphis ſurgebat eois
Vt uidit tantis moliri uiribus urbem.
Ferrea ter manibus propenſam ad pectora barbam
Permulſit, natumq; alto/miſeratus ab ortu.
Talia per campos diffudit uerba patentes
Prepetibus pennis, fœliciq; omnes ſurge.
Vrbs mea, cœpta etiam rex diuum hominũq; ſecundet
Quæ paruo nati regeris conamine noſtri.
Ad tua poſteras nunc tecta armeta reducunt

Et iuuat exiguo tantũ requieſcere monte.
Atq; pedo ſudibuſq; tuos armare bubulcos
Et male uicinos ſtimulis agitare latrones
At quondam pelagi: terreq; tenebis habenas
Et latium ſublime ferens ad ſydera nomen
Imperioq; altum caput inſertabis olympo
Horrebit fama condens labentia calpe
Sidera, deuictus ponetq; tumentia Ganges
Hoſtia, Ripheos domitabis in arte colonos.
Euphrates, Tigriſq; ſuas præbebit habenas,
Barbara ſubq; iugum mittet ſua colla Siene
Hic ubi non alta reſtagnant flumina ualle
Ludicra proſpiciet ſenior Thyberinus ab imo
Gurgite, perq; æquor ratibus concurrere Triton
At tu nate deis propior meliora uidebis
Auſpicia, & ſolus rex dēpto fatre fereris
Sublimiſq; alte pones tua nomina genti,
Sed tamen heu noſtros multos patiere labores,
Et ſubeunda tibi late ſunt munera belli,
Primum coniugibus turbabis ludic ra raptis,
Atq; indignati fugient ex urbe parētes,
Vltores diuos homineſq; in bella uocantes,
Heu quantum utrinq; ambiguis pugnabit armis
Inuicta tandemq; acie perſtabis, opimamq;
Extincti referes Ducis in capitolia prædã
Tu Iouis inuictus ſublimia templa feretri,
Centum ætate patres, lectos & honore Quirites
Conſtitues, reliquoſq; feres armatus in hoſtes
Cumq; recenſebis mediis procul agmina Campis

Ad mea turbato rapiam te ſidera Olympo;
Huc procul e curibus uenientem cerno ſabinis
Qui mores Romane tibi, ritusq; deorum
Monſtrabit, populos & relligione tenebit
Indomitos, ianiq; fores compeſcet eburnas,
Poſt modo, nam tantis ſuccedet honoribus Ancus
Qui pontem ſtatuet, cuius tua maxima Orati
Virtus abruptis defendet molibus urbem,
Augebitq; decus cœptum, Thyberina prope altum
Hoſtia, que latii tutentur mœnia condet,
At qui ſuccedet lorica accinctus, & enſe
Perſtringet bello albanos/montemq; colendum
Præſtabit uictis romæ, quo tempore Meti
Per media heu pœnas rapidis dabis arua quadrigis,
Infelix magna qui libertate potentem
Tentaſti populum, & multum ſua iura tuentem,
Iamq; aderit qui urbem muris circumdabit altis
Thyrrena de gente, ferens lituumq;, tubamq;,
Preteſtam, lati nec non inſignia claui,
Cunctaq; neglecto dabit ornamenta Theatro,
Et uario latios decorabit honore triumphos,
Ponet Auentinæ delubra excelſa Dianæ
Succeſſor, fortuna tuos augebit honores
Culminibus regis coniunx, & amica fereris,
Sed uarias infida uices agitas, premis altum
Sæpe caput, ſternisq; ingenti proſpera fato
Infandum ſupra miſerum carpenta parentem,
Tullia perducet uetitis accenſa hymeneis
Hinc iuuenis ſæui ſtimulis agitatus amoris

Miſcebit totam factis audacibus urbē,
Et ſceleris tanti uindex clamore uocabit
Romulidas, primuſq; feret per compita faſces,
Sternet deinde alius rigidi ſeruator honeſti
Poſthumius ſeuos ſuperabit marte latinos
Ledeoſq; ſuo ſpectabit in agmine fratres,
Martius a bello uictus pietate parentis
Supplicis abſcedet, deſerto Quintius agro
Labentes rigida ſiſtet uirtute cohortes/
Nec tua Corneli taceo ſpolia ampla: Quirinum
Poſt magnum: laude ingenti memoraberis alter
Gentileſq; una conſumptas luce cateruas.
At Furiū Veios armis/Galloſq; prementem,
Et qui prepetibus pugnando iuuabitur alis.
At poſt Scipiadas, Paulos & punica bella
Quantum ciuiles abſument ſanguinis ire
Tum modus imperio datus eſt: tum tendere habenas
Vlterius noſtram prohibebunt numina gentem
Ac uelut eous Ganges torrentibus auctus
Et ſibi uicinæ Thetidis tumefactus ab undis
Intra clauſtra negat/ferri: ripiſq; ſolutus
Fertur in arua ruens: & culta boumq; labores
Precipitat. rapido ſe ſe quoque gurgite uaſtat
Sic olim mea Roma ſuos non ferre Quirites
Incipiet: contra & latios ſparſura cruore
Ciues: in proprios uertet ſua pila lacertos,
At tu qui algentis uenies aquilonis ab oris
Victor: & a ſummo genus altum ducis olympo
Precelles uirtute duces: & nomine magnos

Poſtq̃ alpes: Ararimq; ferum: Belgaſq; feroces
Atq; Caledonios latia ſub lege Britannos
Miſeris: imperio inſolitos parere Quirites
Coges, & munus referes a rege cruentum
Pelleo, ſceleris pœnas, quem pedere dignas
Impelles, pulſæ reddet cum ſceptra ſorori
Hinc populos late domitos orientis, & unde
Auſter abit: duces manibus poſt terga reuinctos,
Cedant priſcorum geſta, & monumēta uirorum,
Seu quæ ſparta tulit, ſeu quæ Pelopeya tellus,
Et Macedum rerum ipſe, licet Nabatea parauit
Regna, & Ripheo defixerit orbe columnas
Aegidet illius concedant facta triūphis
Termo lo noteis: quāuis concurrēre turmis
Auſus, perq; aditus mōſtrum ſuperare tremendos
Infames ſcyrone petras, & dira Procuſtis
Robora, Syſiphioq; metu nemus omne leuarit,
Filius at reliquum mittet ſub legibus orbem,
Contundetq; hoſtes ciuilia bella mouētes,
Relliqas magni ſiculis ſuperabit in undis,
Tum Mutinam uanos coget deponere faſtus
Lucius obſeſſus tandem ſua coepta relinquet
Quin latias iterum cernent concurrere turmas
Albaq; Romanis tunc oſſibus arua Philippi
Et claſſem phario comitantia numina ſiſtro
Terga dabunt, Craſſiq; pudor refertur in urbē
Barbarus, & nunq̃ doctus iuga ferre latina
Cantaber inſuetas demū tolerabit habenas,
Pacato tandemq; omni Bellona tumultu

Aegida ſacrata ſuſpendet in æde cruentum
Scilicet & centum mea tunc religata catenis
Biſtoniis, longa torpebunt pectora pace
Duraq́ꝫ fatalis claudetur Ianua templi,
Sic etenim magnus poſt bella typhoeia olympus
Ocia ſeruauit diuum accubuit quoq́ꝫ menſis
Iupiter, & cœlum didicit ſeruire Tonanti,
Aurea nigranti ſuccendent ſecla metallo,
Quaſq́ꝫ olim liquit mundi deſcendet in oras
Aſtrea, & rediiſſe ſuum mirabitur æuum
Hinc noua progenies ſummo demiſſa Tonante
Implebit magnis totum ſplendoribus orbem,
Quæ cultus noſtros, & inania templa laceſſet,
Tum quoq́ꝫ Idumeis primum pandetur ab oris
Hoc decus, & ſolimæ fulgebit gloria gentis,
Non ille aut opibus tradet ſua dogmata fultus,
Aut oſtro ſublimis erit: curruq́ꝫ uehetur
Victor agẽs pompas parthis in frena redactis,
Scriptaq́ꝫ magniloq haud mirabitur alta platonis,
Cecropii ue ſenis: Diuiq́ꝫ Demoſtenis ora,
Sed patria tantum clarus uirtute potentem
Fabricium paruo, Curios, magnoſq́ꝫ catones
Attilii ue fidem uincet, cunctiſq́ꝫ tremendus
Maieſtate, ſua mittet ſub lege tyrannos
Meonioſq́ꝫ amnes: & quicqd medus Idaſpes,
Quicquid frugiferi circundant hoſtia Nili,
Aut ingẽs Arimaſpe tuas perlabitur oras,
Siue & Achemenios cultus, Niſeaq́ꝫ regna
Callaiẽas contemnet opes, Ephyreſq́ꝫ metalla

Diuino ſpopulis mores, monumētaq̧ tradēs
Littora nigrantis thyles, ac Bactra colentes
Et Tanaym, Meroeſq̧ ardanti ſydere p̄ſſam
Fulmine compeſcet linguæ, rituq̧ ſacrorū
Felices nimium quicumq̧ ea ſecla uidebunt;
Præmia nimirum poterut ſperare laborum
Quos fatum haud totos merget, poſt funera ſedes
Sublimi eucti penna ducent̄ in altas,
Huius & aduentū Themidis non ora prophanæ
Non Clarii laurus cecinere, aut Caona quercus
Aut lybici ſortes Iouis, aut Priamea Virgo,
Carmēta, aut etiam Dircei filia uatis,
Quiq̧ fuit merſus thebano marte quadrigis
Non Calchas, Mopſus ue fuit diuinus & Illa
Non Preneſtinæ dixerunt fata ſorores,
Sed pia ſanctorum teſtant̄ dicta parentum,
Oraq̧ cumanæ dudum celebrata Sibillæ
Heu quantum noſtris ſe opponet honoribus orbis
Sacrilegus cultus ceſſabit ab herculis ara,
Et fruſtra ultori dabitis mihi templa nepotes,
Si mea cum magno ſquallebūt ſacra Tonante
Iliacis direpta ſacris, fataliaq̧ urbi
Exactis ſimulacra deæ flamæq̧ trahent̄,
Inq̧ palatinas mittentur fulmina Lauros.
Qua uaticanas ſpectabit circus arenas
Sancta refulgebunt diuini numina Petri,
Atriaq̧ in medio pariis ſuffulta columnis
Pontificis ſtabunt ſacri, cui ſumma poteſtas
In terris a rege fluet, qui temperat orbē,

DE ORIGINE VRBIS

Exquiliis Mariæ Molem mirabit' altã
Lucina, ereptoſq; ſibi lugebit honores,
Sabinam abiecta phoebe uenerabitur ara,
Ad uaſtum propere ducit qua ſemita pontũ
Enſifer excelſa Paulus radiabit in æde
At Iouis ultoris templum meliore feretur
Cultu, matri namq; dei ſacrabitur altæ
Celius a tergo laterana ſacraria læto,
Reſpiciet uultu, ſuplexq; in uota uocabit,
  Hæc Mars diuino poſtq̃ fuit ore locutus
Conticuit, radioſq; polo uibrauit ab alto
Infuditq; ſuos laribus ſurgentibus Ignes,
Elapſuſq; undis, nitidis ſe condidit aſtris
Summa petens, motuq; omnẽ tremefecit olympũ.

FINIS

Romæ ex Aedibus Iacobi Mazochii Ro. Achademiæ
bibliopolæ Ano Domini. M. D. xxiii.
Decimo Kal'. Februarias. Pontificatus
Sanctiſſimi Dñi Noſtri Dñi
Adriani Anno Secondo.

Intra mensis unius dimidium exacte perlectus
ad laude Dei. et multa que utilia habebam.

60

1523